

10  
8  
1788, 8  
1788, 5

JO. ANT. LUD. SEIDENSTICKER

HANNOVERANI

COMMENTATIO

DE

IVRE EMIGRANDI

EX MORIBVS GERMANORVM IVRE COMMVNI

AC LL. IMPERII CONSTITVTO

IN CONCERTATIONE  
CIVIVM

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

IV. JUNII MDCCCLXXXVIII.

PRAEMIO A REGE M. BRITANNIAE AVG.

CONSTITVTO

AB IVRECONSVLTORVM ORDINE

ORNATA.

*Nonum prematur in annum.*

GOTTINGAE  
TYPIS JO. CHRIST. DIETERICH  
ACAD. TYPOGR.



IO ANTI LUD. SEIDENSTOCKER

HANNOVER

COMMENTATIO

DE

IVRE EMIGRANTI

EX ALIIS GERMANORUM IN COMMUNI

AC LL. IMPERII CONSTITUTO

IN CONGRATULATIONE

CIVILI

ACADEMIAE GEORGIAE MAGISTRALIS

IV. JUNII MDCCCXXXV

PREMIO A REGE M. WILHELMO IVO

CONSTITUTO

AB IRECONSULTORUM ORDINE

ORATA

GOTTINGAE

MDCCCXXXV

AL. SEIDENSTOCKER



## CONSPECTVS.

I. De intellectu quaestionis, ad certamen indictae, nonnulla praemittuntur (cap. I.); et quidem

A. de subiecto, seu de ciue S. R. I. (sect. I.),

1. ad normam iuris publici vniuersalis (§ I.),

2. ad normam communis loquendi vsus (§ II.).

B. De emigratione, tam ex vno Germaniae territorio in aliud, quam in diffinitas, cum Imp. non connexas prouincias (sect. II.); vbi monentur quaedam

I. generatim

a) de territorio in sensu iuris publici vniuersalis (§ III.), et

b) in sensu iuris publici Germ. (§ IV.); tum etiam

c) de notione emigrationis eiusque indole in regno composito (§ V.).

2. Speciatim ex ante dictis argumento nostro lux adfunditur (§ VI.)

II. De obiecto, quod versatur in iure ciuium S. R. I., tam ex vno in aliud Germaniae territorium, quam in secretas ab imperio prouincias emigrandi, eiusque restrictionibus (cap. II.); quod illustratur

- A. ex moribus Germanorum (sect. I.), quorum
1. natura et fontes indicantur (§ VII.),
  2. antiquissima de iure emigrandi vestigia indagantur
    - a) ante Chlodovaeum in Tacito legibusque Salicis (§ VIII.);
    - b) subsequente tempore in legibus Longobardorum, et constitutionibus Caroli M. (§ IX.).
  3. Quid ex moribus Germ., praecipue medii aevi, de problemate nostro statuendum sit, eruitur
    - a) ex potestate dominica (§ X.),
    - b) e nexu feudali (§ XI.),
    - c) ex statutis, pactis, privilegiis ciuitatum, autonomia gauisarum, vel adhuc sub suprema inspectione territoriali quodammodo quoad internam constitutionem gaudentium (§ XII.).
    - α) Illa, quatenus argumentum illustrant, enumerantur
      - aa) saec. XII. (§ XIII.),
      - bb) saec. XIII. (§ XIV.),
      - cc) saec. XIV. (§ XV.),
      - dd) saec. XV. (§ XVI.),
      - ee) saec. XVI. (§ XVII.),
      - ff) saec. XVII. (§ XVIII.),
      - gg) saec. XVIII. (§ XIX.).
    - β) Ex illorum comparatione, antea *iure* emigrandi ab eius *restrictionibus* separato (§ XX.), ostenditur,
    - γ) burgenfibus quouis aeno ius emigrandi fuisse, et quidem
      - aa) initio absolutum (§ XXI.),
      - bb) postea quidem non plane sublatum, attamen restrictum
        - αα) quoad iuris ipsius ambitum (§ XXII.),
        - ββ) quoad noua onera nouasque obligationes, quae concernunt
          - aaa) vel migraturi personam (§ XXIII.),
          - bbb) vel eiusdem bona, per gabellam emigrationis;

ααα)

CONSPECTVS.

§

- ααα) in cuius originem indolemque inquiritur (§ XXIV.),  
βββ) cuius variae denominationes recensentur (§ XXV.),  
γγγ) cuius varietas ratione computationis illustratur (§ XXVI.).

B. E. iure communi (sect. II.).

1. De eius indole ac diuisione (§ XXVII.)

2. De eius vsu in nostro argumento, qui

a) peregrino plane abiudicatur, et quidem

α) in principiis emigrationis ipsis, propter peculiarem Germaniae statum habitumque (§ XVIII.),

β) in censu emigrationis, quia eiusdem ne verbo quidem in iure communi peregrino mentio fit (§ XXIX.);

b) totus autem domestico vindicatur, et quidem in specie, praetermissis legibus imperii subsidiariis, iuri communi analogico,

α) cuius ratione distinctius in nostro problemate exposita (§ XXX.),

β) eiusdem adplicandi specimen exhibetur

aa) quoad ius emigrandi, competens

αα) cuiunque libero S.R.I. subdito (§ XXXI.);

ββ) non autem seruis hominibusque propriis, natisque a stirpe seruili (§ XXXII.);

bb) Quoad illius iuris restrictiones (§ XXXIII.)

αα) ad maturam migrandi propositi denunciationem (§ XXXIV.),

ββ) ad gabellam emigrationis (§ XXXV.).

C. Ex legibus imperii (sect. III.)

1. quoad emigrationem in alias cum imperio non connexas prouincias (§ XXXVI.),

2. quoad emigrationem religionis causa, ex R.I. d. a. 1530, item 1555, et ex pace Westph. repetendam; quarum legum,

- a) introductione succincta praemissa (§ XXXVII.),
- b) genesis, quatenus scopo nostro inferuit, propinatur, et quidem
- α) R. I. d. a. 1530. § 60. (§ XXXVIII.),
- β) pacis rel. d. a. 1555. § 24. (§ XXXIX.),
- γ) pacis Westph. art. V. § 30-38. (§ XL).
- c) Ex his legibus puncta-iuris deriuantur
- α) de iure emigrandi propter religionem (§ XLI.), quod tribus quaes-  
tionibus absoluitur:
- aa) Quem inuitum emigrare non oporteat (§ XLII.)?
- bb) Cuinam emigrare liceat, etiam si dominus territorialis eum to-  
lerare velit (§ XLIII.)?
- cc) Quinam, a domino iussi, necessario emigrare debeant (§ XLIV.)?
- β) De restrictionibus huius iuris
- aa) quoad terminum (§ XLV.),
- bb) quoad bona (§ XLVI.).



CAP. I.  
DE INTELLECTV QVAESTIONIS AD CERTAMEN INDICTAE  
NONNYLLA PRAEMITTUNTVR.

SECT. I.

De subiecto, seu de ciue S. R. I.

§ I.

I. Ad normam iuris publici vniuersalis.

Ciuitas, lineis iuris publici vniuersalis adumbrata, est societas inter supremam potestatem et subditos de communi securitate et prosperitate ciuili inita. Semper illa eiusmodi pacto nititur, quod libertatem naturalem absolutam non recipit. Huic ergo pacifcens ex parte renunciare, seque ad finem societatis adcommo-  
dare debet. Ex hac enim conuentione nexus subiectionis, nulla vi auer-  
tendus, descendit.

Huius nexus varia est natura. Nunc remissior, nunc arctior deprehenditur, prouti plura aut pauciora iura, mutua compensatione semper obligationibus ex altera parte respondentia, inter ciuitatem et subditum intercedunt. Arctius quem illud stringit vinculum, is *ciuis* in sensu stricto, seu *subditus ciuis*, seu *subditus primariae subiectionis*; quem vero laxius, *subditus* in sensu stricto, seu *subditus non ciuis*, seu *subditus secundariae subiectionis* a philosophis vocatur. Vtriusque necessitudo cum ciuitate, quae nunquam ex iure publico vniuersali ad amissim non defini potest <sup>a</sup>); attamen non defunt certae notae generiores, quibus

<sup>a</sup>) DAN. NETTELADT in System. element. vniuersae iurisprudentiae naturalis, § 1138. p. 419. (ed. IV.): "Non possunt certae qualitates secundum ius publicum vniuersale determinari, quae adeste debent, ut quis in numerum ciuium recipi possit."

quibus a se inuicem discrepant. Primum enim subditus liber homo fit haud necesse videtur; quod secus in ciue, quia serui hominesque proprii, quibus salutem ciuilem promouendi breuis admodum facultas est, incapaces sunt, egregia ciuium iura exercere, eorumque obligationibus satisfacere. Deinde, sicuti ciuitati fortius ciuis per obligationes adstrictus est; ita etiam pleniori iure, quam subditus, cuiuscunque generis emolumenta, cum societate ciuili non pugnantia, efflagitare potest. Ciuis denique non intelligitur, nisi quatenus in ciuitate praefens est: non subditus. Illum enim, vt ita dicam, nexus personalissimus tenere videtur *b*).

Huic fundamento non dubium est, quin superstrui possit notio ciuis S. R. I., quae subditum stricte sic dictum non comprehendit, si illum ita describo, vt sit membrum imperii, praecipuis illis iuribus ornatum, et obligationibus illis peculiaribus oneratum, quae ius ciuitatis S. R. I. constituunt. Nec diffitentur hoc paulo subtilius discrimen inter subditum imperii (*Reichsunterthan*) et ciuem (*Reichsbürger*) iureconsulti, qui in hoc literarum genere claruerunt *c*); idque interdum leges imperii et acta publica innuere videntur *d*). Sed cardo rei est, determinare, quae sint iura illa, et illae obligationes? Intactam hanc intricatam atque impeditam quaestionem a doctissimis viris ad hunc diem relictam video *e*). Itaque ne nimiae temeritatis crimen incurrisse dicar, eidem et ego manus illotas admouere dubito, consultius esse putans, difficultatibus deterreri, quam impari Marte iisdem immisceri; multo magis, cum quaestionis, ad certandum propositae, ea sit ratio, vt sine hisce vexationibus commode intelligi explanarique possit.

## § II.

### 2. *Ad normam communis loquendi vsus.*

Nam illum strictiorem ciuis S. R. I. significatum huius certaminis arbitris non in mentem venisse, quouis pignore contendo, quippe qui in huius argumenti genere sterilis fundus esset, ex quo nihil bonae frugis

*b*) Ciues honorarii absentesque inane nomen gerunt.

*c*) Vid. MOSER in tr. *Von der Deutschen Unterthanen Rechten und Pflichten* (Frankf. u. Leipz. 1774) lib. I. cap. 1. § 1. p. 1.

*d*) Edict. Caesar. de dat. VII. Jul. 1768, infra laudandum, § 36. ita: "Wir -- entbiethen allen -- Bürgern -- und sonst allen unseren, und des Reichs Unterthanen -- unsere Hulde."

*e*) MOSERUS enim in tr. cit. de iuribus et obligationibus subditorum imperii in sensu latissimo tantum disseruit.

frugis provenire posse, in aprico est. Arridet mihi latior, et in communi fori sermone vltimator significatio, cuius ambitum ex natura subiectionis eiusque variis generibus accuratius determinare, mecum constitui.

Iuribus nimirum et obligationibus, quae ex eo nascuntur, quod quis in ciuitate supremæ potestati subordinatus est, duplex subiectionis fundamentum constituitur,

- A. alterum, quod non nisi ex bonis, in ciuitate suis oritur; vnde subditi improprii seu forenses originem ducunt *f*);
- B. alterum, quod commoratione in ciuitate personali ninitur; cui
  1. vel peculiare nouumque necessitudinis vinculum accedit; et quidem
    - a) vel familiarissimæ; qua subditi ciues tenentur, de quibus supra;
    - b) vel remissioris, qua subditi non ciues iunguntur; quæ
      - a) si ad tempus contracta est, prodire facit subditos non ciues temporarios *g*);
      - β) si ad terminum, donec grauis causa ab eadem recedere sua-debit; tunc subditos non ciues perpetuos.
  2. Vel fecus, vnde nuda commorationis iura et obligationes pro-manant, quæ ad peregrinantes, ad legatos eorumque comita-tum &c. pertinent.

Hiscæ principiis positis, cuius S.R.I. audit, quicumque in Ger-mania non immediate caesari atque imperio, sed statui alicui, aut certe alii domino immediato ita subordinatus est, vt præter nexum, qui ex commoratione descendit, alio subiectionis adhuc vinculo teneatur, siue hoc sit arctum, siue laxum; siue sit ad tempus, siue in perpetuum contractum *h*). Complectitur itaque hæc vox tam subditos ciues, quam subditos non ciues, tam temporarios (quorum tamen, quia eorum iura haud ambigua sunt, rarius mentionem iniecti), quam perpetuos.

## SECT.

- f*) Et in hoc sensu nescio cur non status imperii subditorum nomine venire possint. Conf. MOSER in *f. nachbarl. Staats.* lib. III. cap. 3. p. 225; und in *f. auswärt. Staats.* § 5. p. 29.
- g*) MOSER in *f. Tr. v. d. Landerho.* in Ansehung d. Perf. und der Verm. § 2. p. 28. "Zertliche Unterthanen eines Reichsstandes sind, die so nicht beständig und zu allen Zeiten, sondern nur eine gewisse Zeit lang als desselbigen Unterthanen angesehen und behandelt werden können." Item § 5. p. 29. et § 6. 7.
- h*) Ita fere MOSER in *tr. cit.* von der T. U. R. n. P. lib. I. cap. I. § 1. p. 1. "Teutsche Unterthanen nenne ich die Einwohner und Glieder des Teutschen Reichs, welche nicht unmittelbar dem Kaiser und Reich, sondern einem Reichsstand, oder doch einem andern unmittelbaren Herrn unterworfen sind."

## SECT. II.

*De emigratione ex vno Germaniae territorio in aliud, tum etiam in diffitas, cum Imperio non connexas prouincias.*

## § III.

1. *Generatim moventur quaedam*a) *De territorio in sensu iuris publici vniuersalis.*

Quaenus societas ciuilis, quae sub auspiciis supremæ alicuius potestatis certam regionem habitationis ergo occupat, territorium constituitur recte dicitur. Vbi terminus supremæ potestatis, ibi limes territorii d).

Plura eiusmodi territoria rursus in commune corpus sub vna eademque supra potestate, latius dominante, abeuntia, gignunt regnum, seu rempublicam, seu territorium compositum.

## § IV.

b) *De territorio in sensu iuris publici Germanici.*

S. R. I. accensetur regnis compositis, in quo duplex supra potestas sese exferit, vna quae per totam machinam aequaliter spirat, altera quae angustioribus finibus terminatur, priori immediate subordinata. Illa, quae penes imperatorem totumque imperium est, supra per Germaniam imperium; haec, quae penes singulos status est, superioritas territorialis vocatur. Aequè late, ac illa, patet territorium S. R. I. Aequè late, ac haec, patent singula Germaniae territoria particularia.

S. R. I. itaque est compages plurium, per imperium supra connexorum territoriorum, quae partim secundum eorum variam internam constitutionem, partim secundum varium habitum ad territorium vniuersale seu imperiale dispescuntur 1) in territoria a iureconfultis in specie sic dicta, formulam monarchicam imitantia; 2) in nobilium praelatorumque immediatorum ditones; 3) in ciuitates imperii.

Hoc

d) POMPONIIUS in l. 339. § 8. de V. S. sibi territorii notionem fingit ex finibus iurisdictionis: "Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi i. e. submotendi ius habeat." Vbi nos vtiur voce *Weichbild* et latinius *regione*, teste Siculo Flacco de conditionibus agrorum.

Hoc loco, ni fallor, ex re erit, territorii significatum extendere ad omnes, immediate sub communi supremo imperio vnitas respublikas, quibus imperium hodie conflatum deprehendimus.

## § V.

c) *De notione emigrationis eiusque indole in regno composito.*

Restat, vt in limine huius commentationis notionem emigrationis in medium proferam eamque paucis ex natura regni compositi illustrem.

Emigratio subditi est eiusdem discessus ex ciuitate vel ciuitatis territorio, iuste paratus eo consilio, vt vel a plurimis vel ab omnibus, quae inter eum et inter ciuitatem ciuitatisue territorium intercesserunt, iuribus et obligationibus solutus, alio loco pro lubitu sedem figat *k*).

Huius notionis vis in ciuitate composita, qualis est Germania, optime, ni fallor, ex hoc schemate cerni poterit. Talis nimirum reipublicae subditi se conferunt

A. vel ex vno territorio in aliud;

B. vel ex territorio in separatam prorsus prouinciam;

C. vel ex vrbe, agro vel regione alicuius territorii in alium eiusdem agrum &c. Haec migratio rectius *domicilii mutatio l*), aut *transmigratio m*), quam emigratio a iureconsultis vocatur *n*). Duo priores migrandi modi, qui huc faciunt, fiunt

1. vel coacte, quo pertinet ius expellendi, eiiciendi, transplantandi subditos, quod autem hoc loco non curo.

2. vel voluntarie, et quidem porro

a) vel ita, vt subditus iuri ciuitatis et inde pendentibus iuribus et obligationibus renunciet; (Ad hanc solam causam adcommodatae sunt

B 2

*k*) Nimis anxie acutissimus HIRSCH in diff. de iure emigrationem ciuium prohibendi vel circumscribendi § XI. p. 20. definitionem emigrationis ita claudit: "vt pro lubitu in territorio alius ciuitatis domicilium constituat." Quid enim, si quis e ciuitate in solitudinem emigrat, vel sese hominibus nondum in ciuitatis formam redactis, adsociat?

*l*) Jo. FR. FRID. HEYD (resp. PHIL. CHR. FRID. DE NORMANN) diff. de iure emigrandi in Germania (Stuttg. 1775) Cap. I. § 2. p. 7.

*m*) Jo. AD. DE ICKSTATT de iure statuum imperii expellendi atque transplantandi subditos, diuersam a territorii domino religionem amplectentes (in Opusc. Tom. I. Op. V.) § IV. pag. 288.

*n*) Nuper in hac re copiosum prodit scriptum Anglicum: "The administration of the british colonies. Part the second." Vid. *Engl. alg. Biblioth. i. B. i. St. p. 18.* (Leipz. 1775), vbi coloniarum iura et obligationes erga terras maternas ex natura transmigracionis de-riuantur.

sunt vulgares emigrationis, quas doctores propinarunt definitiones) o).

- b) vel ita, vt eum abeuntem plura aut pauciora iura et obligationes, tanquam vestigia subiectionis, vel ipso iure vel etiam ex speciali pacto in posterum comitentur; quod accidit
- a) tam si quis subditus sine animo et obligatione reuertendi aliorum tendit, aliud domicilium perpetuum sibi lecturus (Hanc migrationis speciem recte ad emigrationem refert HIRSCH V. Cl.) p);
- β) quam si quis cum obligatione vel animo ocius citius redeundi solum mutat; quo pertinent v. c. milites conductitii, stipendiorum gratia alio se conferentes q), peregrinantes &c. Inconcinne in hac re a nonnullis vox emigrationis vsurpatur. Saepius quidem exinde color et opportunitas emigrandi quaeritur, ita vt hic discessus vel hae peregrinationes ciuitati aequae damnosae fieri possint, ac verae emigrationes; si quis autem, qui ad reditum quocunque modo obligatur, dolose aut perfide apud externos remoratur, is ciuitatem malitiose dereliquisse, non emigrasse censendus est. Differt enim a fuga emigratio.

## § VI.

### 2. *Speciatim ex ante dictis argumento nostro noua lux affunditur.*

Hiscæ postitis, liquere puto, quid sit migratio ciuis S. R. I. in aliud territorium et in separatam prouinciam. Est nimirum eius secessus ex status alicuius Imperii territorio in alius status eidem imperio subiectam ditionem (vel respectiue vltra Germaniæ terminos), quem iuste molitur ea mente, vt a nexu territorii (vel respectiue S. R. I.) vel in totum vel ex parte liber fortunarum sedem alio transferat perennem.

o) Vid. DE ICKSTATT l. c. § 1. p. 287. JO. RUD. ENGAU progr. An ciues religionis causa emigraturi queant transplantari? (Jen. 1740) § 1. p. 4. Item HIER. STANNARIUS in diff. de iure migrandi (Marb. 1687) cap. I. p. 4.

q) In diff. cit. § XI. p. 20. Male itaque HEYD: "emigratio est modus tollendi iura et obligationes ciuiles erga ciuitatem"

r) Vid. commentat. in STRUBENS N. St. Th. III. *Abb. XVIII.* p. 332. "Von der Teutschen Landsassen und Untertanen Freyheit in fremde Dienste zu treten."

CAP.

## CAP. II.

DE OBIECTO, QVOD VERSATVR IN IVRE CIVIVM S. R. I.  
TAM EX VNO IN ALIVD GERMANIAE TERRITORIVM, QVAM  
IN SECRETAS AB IMPERIO PROVINCIAS EMIGRANDI EIVSQVE  
RESTRICTIONIBVS.

## SECT. I.

*Ex moribus Germanorum.*

## § VII.

*1. Morum Germanicorum natura ostenditur, eorumque fontes aperiuntur.*

Inter omnes mutationes, quas ius publicum Germanicum ab antiquissimis inde temporibus expertum est, nulla, siue causas, siue euenta spectem, tam memorabilis mihi videtur, quam illa separatio membrorum imperii a communi corpore, non quidem absoluta, attamen ita comparata, vt, quae antea membra fuerint, in corpora per se consistentia transformarentur. Ab illo tempore enim nouam factem induit Germania, quia morum in foris vsus exspirauit, in eiusque locum superioritas territorialis successit. Quae enim antea vbique, qua Germania longe lateque patebat, spirabant, autonomia, potestas dominica nexusque feudalis, praecipui nimirum morum Germanicorum fontes; quibus omnia fere regebantur, quibus denique cuiusuis paene rei controuersae decisio comprehendebatur; his ingruens superioritatis territorialis dominatio arctiores limites scripsit. Non autem morum scripta monumenta plane euauerunt, nec eorum vsus in foris plane extirpatus est; sed passim nonnulla vestigia eorum, quae ex autonomia, ex potestate dominica nexuque feudali diiudicari debent, supersunt. Cuiusmodi etiam cum sit argumentum nostrum, non superuacaneum erit, ex morum recessibus ea, quae maiores nostri de emigratione statuerunt, in lucem protrahere, et qua vi hodie polleant, indicare.

Hoc morum campo descripto, sectio haec prima tripartita euadet. Ius nimirum modumque emigrandi secundum mores Germanorum repetam.

1. ex potestate dominica,
2. e nexu feudali,
3. ex autonomia, statutis, pactis, priuilegiis vrbium.

Ex antiquissimis temporibus, quia ambigua et incerta sunt eorum de emigratione vestigia, pauca generatim praemitam.

### § VIII.

2. *Morum Germanicorum antiquissima de iure emigrandi vestigia indagantur.*

#### a) *Ante Chlodovæum in Tacito legibusque Salicis.*

Egregie solidis iuris Germanici principii operam nauant, qui non solum medii aevi spinosum campum, vbi putida paene diligentia opus est, emetiuntur, sed altius ad primam maiorum nostrorum memoriam ascendere laborant, si forte rara filamenta ad telam iuris Germanici hodierni pertexendam ex historia illius aevi eruere possint. Et sunt omnino, quae inde lucem accipere debeant atque inde repeti queant. <sup>r)</sup> Verum enim vero cautione opus est, ne genius saeculorum inter se misceatur, atque antiquissimi mores ex recentiorum placitis commentisque praepostere deriuentur. Stultum itaque esset, iura et obligationes, quae nexum subiectionis ciuilis concernunt, a TACITI inde temporibus, vbi rudes Germani vix vltra venationem sapere didicerant, repetere. Et pari modo sese res habet cum iure emigrandi, cuius ea est ratio, vt sine ciuitate ne cogitari quidem possit. Ad summum itaque intra Chlodovæum, vbi primum plures societates, vt ita dicam, militares in vnam ciuilem sub communi imperio coalescebant <sup>s)</sup>, coniecturae de huius iuris origine sese continere debent <sup>t)</sup>.

Quis tamen non curiosus quaerat, quid antiquissimi Germaniae incolae, societatis ciuilis expertes, de iure vel a familia vel a populo ipso recedendi statuerint? Argumentum ducere licet ex Taciti testimonio <sup>u)</sup>: "si ciuitas, inquit, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt vltro eas nationes, quae

tum

<sup>r)</sup> Cf. perill. PÜTTER in *f. juristischen Encyclopädie und Methodologie* (Göttingen 1767) § 62. pag. 34.

<sup>s)</sup> Vid. HEINECCI antiqu. T. I. p. 31.

<sup>t)</sup> In hunc lapidem impiegit HEYD l. c. dum historiam emigrationis scripsit.

<sup>u)</sup> In aureo libello de moribus Germanorum cap. XIV. Hoc loco ciuitatis vox iis coloribus adulterinis adnumeranda est, quos scriptores Romani, Germaniam antiquissimam designantes, genuinae imagini admiscuerunt.



tum bellum aliquod gerunt." Non prohibitam autem esse migrationem de vna familia eiusque villa discreta ac diuersa *x*) ad aliam familiam eiusque villam, conuicio ex antiquissimis Saliorum consuetudinibus, quae circa CCCCXXII demum compilatae sunt *y*), vbi tit. XLVIII. de migrantibus, inscriptus ita: "Si quis super alterum (eo inuito) in villa migrare voluerit, et aliqui ex eisdem, qui in villa consistunt, eum suscipere voluerint, et vel vnus vel aliquis ex ipsis exstiterint, qui contradicat, migrandi licentiam ibidem non habeat. Si vero contra interdictum vnus vel duorum in villa ipsa adfedere praesumserit, tunc testare (testibus adsumtis monere, vt exeat) debent, et si noluerit exinde exire, ille qui testat, cum testibus sic ei debet testare vt inter X noctes exinde exeat. — Si quis vero admigrauit, et ei aliquis intra XII menses *z*) nullus testatus fuerit, vbi admigrauit securus, vt alii vicini consistat. Si quis vero alium in villam alienam migrare antequam conuentum fuerit, rogauerit, MDCCC den., qui faciunt sol. XLV. culpabilis iudicetur." *a*) Hunc locum iterum tangunt capitula de interpretatione legis Salicae, anno DCCCXIX conscripta *b*); eiusque fere tenoris est tit. CV. legum Alemannicarum *c*).

Hoc loco migrandi libertas de villa ad villam conceditur, modo admigrantem recipere villicus non renuat. Idem sibi velle videntur LL. Wisigoth. lib. 10. leg. 15. "Qui accolam in terram suam susceperit, et postmodum contingat, vt ille qui susceperat, cuiuscumque tertiam reddat, sicut et patroni eorum, qualiter vnumquemque contigerit." *d*)

## § IX.

- x*) "Vicos locant, non connexis et cohaerentibus aedificiis. Suam quaeque familia domum spatio circumdat, Nullas vrbes habitant, ne patiuntur quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons vt campus vt nemus placet." Sunt verba Caesaris et Taciti.
- y*) Hunc annum adlegat perill. PÜTTER in *f. Grundriß der Staatsveränderungen des Teutschen Reichs*. GEORGISCH autem in praef. ad corp. iur. Germ. p. 13. ante a. CCCCXX compilationem factam esse credit.
- z*) Al. melius *noctes*.
- a*) Apud GEORGISCH in corp. iur. Germ. antiq. p. 97. (Halae 1738). Item apud CANCELIANUM in barbarorum legibus antiquis, tam ex pacto legis Salicae antiquiori (T. II. p. 89), quam ex lege Salica reformata (T. II. p. 145), vbi tit. XLVII eiusdem caeterum argumenti, inscribitur: "De eo, qui villam alienam occupauerit, vel si XII mensibus eam tenuerit." Item apud STEPH. BALUZIIUM in capitul. reg. Franc. (Venet. 1772.) T. I. p. 223.
- b*) Apud CANCELIANUM l. c. T. II. p. 176 num. IX.
- c*) Apud GEORGISCH l. c. p. 240. et BALUZIIUM ad Capitul. reg. Franc. T. I. p. 62. capit. add. XXXVIII.
- d*) Ap. Lindenbrog. cod. LL. antiq. p. 197.

## § IX.

b) *Subsequente tempore ex legibus Longobardorum et constitutionibus Caroli M.*

Nefas est, turpissimam seruitutem, qualem is, qui glebae adscriptus est, subit, odorari, ubi omnia adhuc indomitam paene libertatem spirant. Peccaret is in maiorum generosos manes, qui sub Merovingis de restrictionibus iuris emigrandi cogitatum esse opinaretur. Regibus paucas admodum leges ferentibus, quaeuis gens suis moribus viuere, et quocunq; libuerit, migrare pergebat; nec dubium est, quin ii populi, qui, antequam ad regnum Francorum accederent, de libertate fecundum patrios mores viuendi sibi prouiderent, non vltimo loco liberam migrandi facultatem sibi pacti sint, nisi potius de libertate circumvagandi aut domicilium alio transferendi pacisci, aequè superuacaneum et ridiculum, ac de libertate edendi atque bibendi putauerint. Quis denique deliberatam curam, subditorum numerum per leges de emigratione prohibenda aut circumscribenda multiplicandi in ea ciuitate quaerat, ubi reges, de tributis et titulorum honore vnice solliciti, diuitias, bellicam gloriam, dominationem longe lateque diffusam inhiant, nihil curantes internam ciuitatis oeconomiam e).

Haec tamen non intelligenda sunt de iis populis Germanicae originis, qui, praesens Romanorum domiciliis occupatis, aut certe in eorum vicinitate sedibus quaesitis, atq;um libertatis spiritum moresque antiquos citius exuebant, murisque incincti prius seruituti ferendae adfuecebant. Tales erant Burgundiones, Ostrogothi, Longobardi, alii. Et si scripta huius rei adferendae monumenta desunt, tamen, aliis exemplis testantibus, quam prona fuerint haec gentes ad consuetudines Romanorum municipales adoptandas, et quam cito a praesens libertatis laude degenerauerint, ita vt a principibus suis Romanorum paene municipiorum instar haberentur; tamen, inquam, ex legibus Longobardorum, gentis Germanicae, in prouincias Romanorum peregrinatae, verosimile argumentum duci potest, quod a municipiorum Romanorum libertate emigrandi restricta ad dictos populos Germanicos haud leuem coniecturam valere, testatur. Constitutio ex edicto Rotharis, regis Longobardorum

e) Exinde docere licet argumentum ad politiam cultumque quorundam veterum populorum prouectiorem, si apud eos statuta legesque de emigratione ciuium latas reperimus, quippe quae haud sublesta fide sanctorum de ciuitate eiusque scopo sentiam apud illos omninari suadent. De Archibus Ouidius Metamorph. lib. 15. v. 28 et 29 ita:  
 — — prohibent discedere leges,  
 Poenaeque mors posita est patriam mutare volenti.

bardorum de DCXLIV, incidens itaque in annum septuagesimum sextum post eorum inuasionem in Italiam, qua quidem cuius libero homini, impetrata a rege venia, domicilium suum mutare permittitur, sed solos intra fines ditionis Longobardicae et sub conditione, res sibi donatas non exportandi, huius tenoris est: "Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, potestatem habeat, intra dominium regni nostri cum fara sua migrare, quo voluerit; sic tamen, si a rege ei data fuerit licentia. Et si ei aliquas res dux aut quicumque liber homo donauerit, et cum eo noluerit permanere, vel cum herede ipfius, res ad donatorem vel heredem eius reuertantur" f).

Rationem autem huius legis latius circumspiciens, verum esse intellexi, quod ab antiquis scriptoribus Longobardis in laudem vertitur, eos in salutem atque incolunitatem ciuitatis suae efficaces, quantumuis rigidas leges tulisse g). Nam Rotharis, alterius Lycurgi, multum interesse debebat, leges seueriores finitimis luxuriosae Italiae inferioris illecebris, vbi ad dilapidandas opes peregrini frequentes confluabant, opponere, iisdemque gentem suam contra haec periculosa irritamenta circumvallare. In quo prudentes legum Longobardicarum cautiones cum piis quorundam ex nostratibus desideriis conspirant, qui peregrinationes in cauponas Parisinas, vbi torosa Germanorum iuuentus in turpi mollitie diffluit, ad consensum praeuium principis restringendas esse etiam atque etiam suadent.

Hi tamen, quos iam sub Chlodouaeo ad militiam fidemque peculiarem obligatos inuenimus, puta beneficiarii, leudes, fideles, vassi, milites regii, hac absoluta discedendi facultate, quam supra antiquis Germanis vindicauimus, caruisse videntur; ita nimirum ferente nexus feudalis natura, quippe quia principes sub ea conditione feudis vassallos donabant, vt praesto essent, praecipue in defensione ab hostibus. Harum itaque donationum eadem paene ratio erat, quae hodie est stipendiorum apud milites perpetuos. Vti his, signa deferendi, crimen est, ita vassis, sine domini directi consensu alias terras petendi, perfidia, seu feloniam fuisse videtur. Sed quia hanc legem res ipsa docebat,

nihil

f) Vid. legum Longob. tit. XIV. ap. GEORGISCH l. c. p. 973, et SCHILTER Inst. iur. publ. l. l. tit. VI. § 3. p. 78 (Argentor. 1696). Item ap. CANCIANUM l. c. et LINDENBROG in Cod. LL. antiq. p. 685 (Francof. 1613).

g) GUNTHER in Ligurinis lib. 2. v. 131:

Gens astuta, sagax, prudens, industria, sollers,  
prouida consilio, legum iurisque perita.

nihil in scriptis consuetudinum antiquarum reliquis de eadem exaratum inuenimus, nisi quod eam Carolus M. in capitularibus expresse tetigerit atque de nouo sanxerit; cui constitutioni quid animum dederit, historia illius temporis docet. Diuiso nimirum regno Francorum inter plures reges, cum inter eos crebra diffidia orirentur et quilibet numerosam vasorum multitudinem sibi conciliare studeret, saepius factum erat, ut vassi, more transfugarum, cum omnibus facultatibus sese ab vna ad alteram partem perfide conuerterent. Haec Carolus M. secum reputans, et fortasse metuens, ne simili fato filii sui, regnum diuisuri, plecterentur, fidem vasallorum erga dominos in memoriam reuocare debitamque obedientiam per hanc constitutionem iis inculcare voluisse videtur, ita praecipiens in casum futurae diuisionis in capitulari primo anni DCCCVI. (quod simul charta diuisionis regni inter filios suos Carolum, Pipinum et Ludovicum est, datum apud Theodonis villam) h): "Similiter praecipimus, vt quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra eius voluntatem dimiserit, et de vno regno in aliud profectus fuerit, neque ipse rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat, vt talem hominem recipiant vel iniusto retinere praesumant. Hoc non solum de liberis, sed etiam de seruis fugitiuis statuimus obseruandum, vt nulla discordiis relinquatur occasio. Quapropter praecipendum nobis videtur, vt post nostrum ab hac mortalitate discessum homines vnus cuiusque eorum accipiant beneficia vnusquisque in regno domini sui, et non in alterius, ne forte per hoc si aliter fuerit, scandalum aliquod accidere possit. Et vnusquisque liber homo, post mortem domini sui, licentiam habeat, se commendandi inter haec tria regna ad quemcunque voluerit. Similiter et ille qui nondum alicui commendatus est" i).

Eandem constitutionem Ludovicus Pius imp. a. 837 confirmauit k).

## § X.

k) Apud GEORGISCH l. c. p. 717 sq. Item ap. GOLDAST. const. imp. T. I. p. 14. et BALZIUUM l. c. T. I. cap. 78.9. Item ap. CANCIANUM barbar. leg. antiq. T. III.

l) BALZIUUM post verba „commendatus est, haec addit: „Hereditatem autem suam habeat vnusquisque illorum absque contradictione, in quocunque regno hoc eum legitime habere contigerit." Quae verba, si genuina sunt, pertinent ad antiquissima monumenta, in quibus aliquod vestigium albinagii apud Merovingos compareat, illisque addenda sunt, quae Jo. FR. BONHÖFER in medium tulit in commentatione, qua ius deductus superioritatis territoriali vindicatur, eiusque vera indoles ostenditur, § VIII. p. 13. (Goetting. 1773. rec. Erford. 1784).

m) Ap. GOLDAST l. c. T. II. p. 19. et BALZIUUM l. c. p. 468. T. I. col. 686.

## § X.

3. In specie quid ex moribus Germanorum, praecipue medii aevi, de quaestione nostra statuendum sit, eruitur

a) ex potestate dominica.

Curiositati indulgendum est, quod illa fragmenta disiecta atque in imis vetustatis recessibus abscondita § antecedi. depromimus variisque diuinationibus illustrauimus.

Ex instituti ratione iam me conuerto ad speciales tres supra nominatas quaestiones, quibus doctrina de moribus in hoc argumento absoluitur, quarum prima haec est: quid de emigratione hominum propriorum seruatorumque secundum mores, quibus olim potestas dominica regebatur, statuendum sit?

Serui Germanorum, quod iam ex Tacito discimus, non aequo duro iugo ac Romani, premebantur, nihilo fecius tamen in seuera domini potestate versabantur. Eius domicilio casaeque adscripti erant, nomenque inde seruatorum casatorum sub Merovingis trahebant <sup>1)</sup>. In horum locum postea, quos hodie rusticos vocamus, succedebant. Exstructis vrbium alylis, vbi erronea, fugitiui et quaecumque hominum sentina admittebatur, illis opportuna occasio, sese in libertatem vindicandi, suppeditabatur. Atque inde nata est longa series legum contra receptionem fugitiuorum latarum, quae satis testantur, nullum ius tunc temporis emigrandi illis fuisse. Henricus VI. in dipl. de a. 1190. "Quodsi persona aliqua alicuius nobilis vel ministerialis propria ad ciuitates nostras se contulerit gratia ibidem manendi — hominem illum debet obtinere &c." <sup>m)</sup>. Frid. II. in diplomate: "Principum, nobilium et ministerialium, ecclesiarum homines proprii in ciuitatibus nostris non recipiantur." <sup>n)</sup> Frid. II. Imp. in literis de comite Egenone ab Urach in gratiam suam recepto de a. 1219: "Restituimus sibi (Egenoni) — qui — de ciuitate sua Friburch, vt de aliis locis sibi pertinentibus ad ciuitates nostras ad habitandum transmigrauerunt. Praeterea pepigimus cum iam dicto comite et firmiter ei permissimus obseruandum, quod nunquam de caetero aliquem de hominibus suis in ciuitatibus nostris aut in aliis locis nobis pertinentibus recipiemus, si forte in illis recepti fuerint, quam primum id nobis constiterit, ipsos

C 2

homines

1) Vid. POTGIESSER de seru. Germ. lib. I. cap. 3.

m) Ap. SCHILTER Inst. iur. publ. lib. I. tit. 7. § 5. p. 92.

n) Ap. HEINECCIUM in antiq. T. II. p. 37.

homines ei liberos restitui faciemus. Quocirca vobis (scultetis &c.) mandamus per gratiam nostram distincte praecipientes quatenus sepefato comiti homines suosque sicut permillum est ad vos se transtulerunt omni occasione cessante restituantis, et eos a confortio vestro remoueat, nec omni modo de hominibus suis aliquem recipiat. o) Statuta Augustana de a. 1276. art. 57. *“Kunt aber ieman der in (den Gast) ansprüche, er wär sin Herr gewesen und wer von ihm nit geschieden nach des Landes Recht, da soll der Vogt — in laussen varen uff das Gut da er uff sas, und daß er von im scheid nach des Dorfes Recht. — Käm aber ieman nach einem Mann der burgrecht hic empfangen hat, und spräch in an, daß er sin Amtmann gewesen wär, und von im gefahren wär aun sin Vrlop, und daß er im nit wider gereitet het, den soll der Vogt — laussen varen uff das Gut.”* p) Ludovicus IV. Imp. Rudolpho, marchioni Badensi anno 1335 concessit priuilegium, ne quis hominum propriorum eius in alienam ciuitatem recipi posset: *“Wir Ludowig — wellen, daz dheim stat, si gehoer zu dem Riche oder nicht, dheim siner Lüt, die sin aygen sind, oder hinder im gefezzen sin, in ir stat nicht nemen noch empfaen süllen.”* q). Anno 1356 demum per auream bullam Caroli IV. cap. XVI. inscripto: *“De Pfalburgeriis”* receptio fugitiuorum per totum imperium interdicta est; de qua tamen etiam postea in legibus particularibus varia sancita reperiuntur r).

Ex his omnibus ducere licet argumentum ad seueros Germanorum mores, qui seruis et hominibus propriis libertatem, domicilium, consensu domini non implorato, mutandi plane eripuerant. Superioritas territorialis hanc potestatem dominicam iustis quidem limitibus circumscriptis, sed non aboleuit. Nam 1) vel hodie rusticis, quorum maiores olim seruitutis iugum tulerunt, migratio non conceditur, nisi consensu domini patrimonialis redempto s), tunc etiam 2) hodie adhuc idem

o) Ap. SCHOEFFLIN in historia Zaring-Badensi T. V. p. 157. num. LXXXV.

p) Ap. CARL FR. WALCH in s. vermischten Beiträgen zu dem deutschen Recht Th. IV. (Jen. 1774. 8.) p. 85 et 86.

q) Apud SCHOEFFLIN l. c. T. V. p. 421.

r) Vid. Tabula verbis Argentoratensis (*Ausöhnung mit Koyser Wenceslaw*) de dato 1. Jan. 1393. Ap. PEEFINGER in Vir. illustr. T. II, lib. I. tit. XXII. § 8. p. 985.

s) Vid. perill. PÜTTER in Inst. iur. publ. lib. 8. cap. 5. § 368. p. 402. ed. 3.

Hoc pretium autem, pro manumissione praestitum, toto aberrat coelo a natura gabelle emigrationis, etsi eidem ansam dedisse videatur. Hoc etiam discrimen agnoscent leges imp., nec dubium est, quin serui hominesque proprii emigraturi, vbi gabella in vii est, tam manumissionem quam emigrationem, illam a domino patrimoniali, hanc in

idem ius obtinet circa homines proprios, illas caras seruitutis Germanicae reliquias. Mansit itaque in his rebus etiam post superioritatem territorialem praecipuus morum vsus.

## § XI.

b) *E nexu feudali.*

E nexu feudali, vberimo morum Germanicorum fonte, iam supra § IX. quaedam delibavi, eiusque naturam, qualem ab antiquissimis inde temporibus fuisse scimus, paucis delineavi, qua inducor, vt credam, emigrandi libertatem absque dominorum consensu vasallis interdictam poenaeque feloniae coercitam fuisse. Frustra autem, quae directe huc facerent, testimonia quaesivi. Forte tamen non alienus est passus ex pacto inter episcopum Ratisbonensem et ducem Bauariae de a. 1213: "Neuter eorum debet vasallum et ministerialem vel hominem alterius sibi in Castellatum vel quocunque alio modo assumere, nisi de ipso alteri velit iustitiam exhibere t). Dignus porro est, qui hic laudetur, locus in iure provinciali Alemannico secundum codicem Viennensem u) art. 43. inscripto "*Der trüveloz oder fluchtig wirt.*" "*Süer trüveloz oder fluchtich v̄z des richtes dieneſte wirt dem vertheilet sin erbe vnd sin lehenrecht vnd nicht sinen lip. vnd also ob der herre selbe niht entflühet. flühet aber der herre vor. nach des fluchte enbrichet nieman sine trüce.*" x)

Hodie, nexus feudalis natura plane immutata, nullum amplius emigraturis inde fit impedimentum.

## § XII.

c) *Ex statutis, pactis, privilegiis civitatum, autonomia gauisorum vel adhuc sub suprema inspectione territoriali quodammodo gaudentium.*

Iam exspatior in latissimum autonomiae campum, quem nemo facile in quocunque iuris Germanici argumento emetiatur, quin suam

C 3

de

in regula a domino territoriali redimere debeant. Caeterum de antiquo iure, hanc gabelnam ab hominibus propriis in pagis exigendi, locum memorabilem videtis in iure caesareo, (de cuius ambigua aetate vid. DE SELCHOW *Gesch. d. T. R.* § 303-306.) "*Das enleych her nicht anders den ob ymant seste in den Dorffin, der dem Keyser sworide unsibstigt daz he dy nemen solte nun her den eynen von dem andern rechte also ob he von ene sware nun neme daz also vil als her wolde.*" In d. *Kayserr.* P. II. cap. CXVIII. p. 84. apud DE SENKENBERG in corp. iur. Germ. T. I.

†) Ap. LUNIG R. A. Part. Spec. contin. 2, p. 126.

\*) Alii Codd. ita ab hoc discrepant, vt alius prorsus sensus emergat. Vid. DE SENKENBERG in corp. iur. Germ. T. II. p. 252. Sed Cod. Viennensis est antiquitate atque auctoritate omnium praestantissimus, quippe quo vsi sunt ipsi duces Austriaci. Cf. DE SENKENBERG in libro de collectionibus legum Germanicarum *visiones* § 76. 77. 122.

x) Ap. DE SENKENBERG corp. iur. Germ. T. II. p. 13.

de eius vbertate atque fertilitate expectationem non solum expletam, sed etiam superatam dicat. Hic thesauri latent, qui si recluderentur magisque in lucem protraherentur, perficiendo iuris patrii studio multum prodesse. Nec in nostro argumento iura municipalia frustra consului, sed tanta potius abundantia eorum, quae scopo meo inferuissent, oppressus paene sum, ut non male me in hac re versari putarem, si passus concernentes, priusquam eos in partes refecarem, vno ordine secundum temporis feriem dispositos enumerarem atque diplomatarii instar praemitterem. Hanc recensitionem territorialem introductam earum tantum ciuitatum seu potius eorum statutorum rationem haberem, in quibus adhuc notam autonomiae detegere possem.

### § XIII.

a) *Enumerantur ciuitatum statuta, pacta, privilegia, argumentum nostrum illustrantia*

aa) *saeculi XII.*

1. Instrumentum conditae Friburgi ciuitatis in Brisgovia, quo Bartholdus, dux Zaringiae, urbem suam ad normam iurum ciuitatis Coloniensis donauit a. 1120. "Quicumque Friburg burgenis fuerit volens inde recedere, rerum et corporis vsque in medium Rhenum et per totum sui comitatus ambitum securum debet habere ducatum, domino conducente." z)

2. Statuta ciuitatis Söft, olim hanseatico foedere iunctae a), compilata circa 1180: b) "Quicumque in vehementia sua ciuilitatem suam renunciauerit, pro eo quod ledat conciuem vel in corpore vel in rebus, ita renunciet, ut amplius ciuilitatem non recipiat." c) Eiusdem fere tenoris sunt statuta oppidi Wiehe saec. XV. d)

3. Anti-

z) Apud SCHOEFFLIN in *histor Zaringo Badenſi* T. V. p. 51, ex quo hunc locum biblioth. suae iurid. T. III. p. 60. SELCHOVIUS inferendum curauit. Vitiōse expressus est ap. HEYD l. c. § XI. p. 22.

a) Vid. JO. ANGEL WERDENHAGEN *tr. de rebus publicis Hanſeaticis*, P. IV. cap. 2. p. 998. It. STANGFOL *annal. circa Westphal.* l. II. p. 330.

b) Teste EMMINGHAUS (THEOD. GE. GUIL.) in *memorabilibus Susatensis*, cap. III. p. 61. (Jen. 1749. 4.)

c) Ap. EMMINGHAUS l. c. p. 111 et 129. Item apud FRANC. DOM. HAEBERLIN in *diff. de venerando vetustatis monumento, sistente statuta Susatensis* (Helmsf. 1748. 4.); item in eiusdem *analeſis medii aeni* T. I. (Norib. 1764. 8.) p. 513.

d) Vid. infra § XVI.



3. Antiqua Schraa e), faec. XIII. f) compilata, art. 116: *Wey in sineme heyften Mode sine Burgschap upseghet darumme dat hey eynen Borg- here besivere an Liue este an Ghude deme en sal man dey Burschop nummer weder duyn.* Item art. 173: *Were ok dat enych burger burger- sche eder Weewonner sich ute soist geve unde toge, und — — boven uit- wendige gerichte sochte — — deyselve somen bynnen soist nimmer wedder laten komen aldar Wonynge to hebben.* g)

## § XIV.

bb) saeculi XIII.

4. Ex legibus antiquissimis Brunsvicensibus de a. 1232. quiuis ex ciue natus a redemptione iuris ciuitatis liber est, nisi forte emigrandi animo ab vrbe declinauerit, alibique per annum et diem domicilium habuerit h). Art. 21. Verba vbique apponere nolo, vt spatio parcam.
5. Cod. iur. Lubecensis de a. 1240. art. XI. i)
6. Hildeboldi, archiepiscopi Bremensis, priuilegium ciuitati Stadenſi a. 1259 concessum k).
7. Cod. iur. Lubecensis a. 1266. cum ciuitate Dantiscana communi- catus, tit. I. l) Consonus est hic passus cum iure Lubecensi de 1240. modo cit.
8. Priuilegium ciuibus Grünebergae ab Henrico I. Infante, Hassiae Landgrauio, tributum a. 1272. m)
9. Statuta ciuitatis Salzwedelenſis de a. 1273. n)
10. Ius ciuile vrbis Brisacensis, a Rudolpho I. Imp. definitum de 1275. o)

## II. Priui-

- o) i. e. collectio consuetudinum vrbis, vel locus vbi celebratur iudicium secundum Riccius *Entw. v. Stadtges.* p. 181. HALTAUS in glossar. esse putat volumen plicatile, cui inscribitur. Alias de hac voce etymologias vid. ap. scriptores, quos laudat EMMINGHAUS l. c. cap. III. § 3. p. 62. not. d.
- f) Secundum DE WESTPHALEN *monum. inedit.* T. IV. praef. p. 132. et EMMINGHAUS loc. cit. cap. 3. § 3. p. 62. not. e.
- g) Ap. EMMINGHAUS l. c. P. III. num. III. p. 172 et 194.
- h) Ap. LEIBNIZ *ver. Brunſwic.* T. III. p. 438.
- i) Ap. DE WESTPHALEN *monum. inedit. ver. Germa.* T. III. p. 640.
- k) Ap. DE PUFENDORF *obseru. iur. vniu.* T. I. p. 158.
- l) Ap. DREYER in *d. Sammlung vermischter Abhandlungen*, Tb. I. p. 449 et 451.
- m) Ap. KLEINSCHMID in *f. Sammlung fürstl. Hessischer Landesordnungen* P. 1. Vorber. p. 3. et ap. HEKTIUM in *commentat. et opusc.* Vol. I. T. II. p. 463 69.
- n) Ap. DE PUFENDORF l. c. T. III. p. 398.
- o) Ap. SCROEFFLIN l. c. T. V. p. 260.

11. Priuilegium ciuitatis nouae (Wienerifch-Neuftadt) a Rudolpho a. 1277. confirmatum. *p*)
12. Statuta Auguftana de a. 1276. *q*)
13. Literae obligatoriae, a Friderico, epifcopo Argentoratensî an. 1282 ciuitati huic intuitu Usburgerorum exhibitae, quibus omnes di-  
dimento se dimiffurum fancte promittit. *r*)
14. Statuta Henacenſia de a. 1283. *s*)
15. Ius municipale Appenradenſe, quod Woldemarum, Jutiae du-  
cem, a. 1284. auctorem habuit. *t*)
16. Priuilegium ab Henrico I. Infante, Landgravio Haſſiae, peran-  
tiquae ciuitati Haſſiacae, Frankenbergae, a. 1294. indultum. *u*)
17. Statuta Freybergenſia, exeunte faec. XIII. aut ineunte faec. XIV.  
compilata *x*), art. 39 et 40. *y*)

## § XV.

## cc) ſaeculi XIV.

18. Vetuſta iura ſtatutaria ciuitatis Schwarzburgicae Königſee, faec.  
XIV. compilata. *z*)
19. Statuta Dorpmundenſia, faec. XIV. compilata. *a*)
20. Diploma Guntheri, comitis in Schwarzburg, in fauorem ciuium  
Ilmenſium datum, de die ſcti Lucae Euangelifſtae a. 1302. *b*) Idem Il-  
menſibus promiſſum eſt in diplomate Guntheri, comitis de Kevern-  
burg de 1302, et quidem iisdem verbis, exceptis quibusdam librarii  
ſphalmatibus *c*). Repetitur eſt idem priuilegium a Mechildi, comi-  
tiſſa

*p*) Ap. PEZ theſ. anecd. noniſſ. T. VI, P. II. num. 222. p. 132.

*q*) Ap. WALCH l. c. Th. IV. p. 87.

*r*) Ap. WENCKER in tr. de Pſalburgeriis p. 15; it. in apparat. Archini p. 62.

*s*) Ap. PAULINI Annal. Iſenac. p. 57.

*t*) Ap. DREYER l. c. Th. III. p. 1394.

*u*) Huius priuilegii praecipua capita ex WEYGANDS GERSTENBERGS Frankenberger Chronik u.  
Zeitbuch Spalte 32 bis 34 de a. 1619. tranſtulit KLEINSCHMID in ſ. Samml. Fürſt. Heſſ.  
Landes Ord. P. I. Vorber. p. 4.

*x*) Secundum SCHOTT in d. Sammlung zu dem deutſchen Stadt- und Landrecht Th. III. p. 269.

*y*) Ap. SCHOTT l. c. p. 270.

*z*) Ap. WALCH l. c. Th. VII. p. 48.

*a*) Ap. DREYER in ſ. Nebenſtunden p. 428 et 429 (Bütow u. Wismar 1768. 4.)

*b*) Ap. WALCH l. c. Th. VI. in diplomatario Ilmenſi num. II. p. 38 ſq.

*c*) Ap. WALCH l. c. Th. VI. p. 41.

tissa in Schwarzpurg in dipl. de a. 1308., vbi ille passus ad verbum recoquitur *d*).

21. Ius statutarium *Diepholtanum* de a. 1318, quo continentur privilegia, in forma pacti, inter dominum de Diepholz et ciuitatem eiusdem nominis initi concessa *e*).

22. Additamenta ad vetusta statuta *Erfordensia*, an. 1329. primum promulgata, et postea ipsis statutis *Erfordensibus* adscuta *f*). Inscripta est haec lex: "*Cives occulte abscedere volentes debent impediri*."

23. Codex iuris *Verdensis* de an. 1330., vbi statuitur, quemlibet ciuem, vel ex eo natum, qui voluntarie vrbe decessit, reuersurum ciuitatis ius denuo redimere debere; sin vero necessitate, vel inopia coactus exierit, redemptione illa ciuitatis haud egere *g*).

24. Iura quae *Joannes, comes de Spainheim*, ciuitati suae *Winterberg* in forma priuilegii an. 1331. indulgit *h*).

25. Statuta *Francofurtensia* de a. 1352. cap. XVII. Item § 2. eiusd. cap. *i*).

26. Compositio comitum *Württembergensium* cum ciuitatibus *Sueviae*, de an. 1360. *k*).

27. Charta, qua *Egeno IV.*, comes *Friburgensis*, *Friburgensibus* iura sua in vrbe vendit an. 1368. *l*). In hoc documento pactum de non impedienda emigratione occurrit, ex quo conficio, iam tunc plura contraria ausa, emigrationem in vrbes prohibendi, vel restringendi, ciuitatum frequentiae nocuisse.

28.

*d*) Ap. eundem Th. VI. p. 43.

*e*) Ap. DE PUFENDORF l. c. T. I. App. p. 139.

*f*) Ap. WALCH l. c. T. II. p. 32.

*g*) Ap. VOGT monum. inedit. rer. Germ. T. I. P. III. p. 280.

*h*) Ap. WALCH l. c. T. VI. p. 258.

*i*) Ap. DE SENKENBERG in selectis iuris et historiarum T. I. p. 55.

*j*) Ap. GLAFEY anecdot. T. I. p. 367. (Dresdae et Lipsiae 1734. 8.)

HEINR. ARNOLD LANGE in d. Bemerkungen und Berichtigungen zu Jo. JOD. BECK tr. von der Nachsteuer und Handlohn (quae noua BECKII edit. prodit Bayreuth 1781. 4. Vid. SCHNAUBERTS neue jur. Biblioth. 4. St. S. 252.) T. I. Cap. I. Obs. 2. num. 3. p. 3. adlegat sub anno 1364. priuileg. FRID. III. Imp., *Norimbergensibus* datum, quod emigrationem ciuium ad gabellam emigrationis restringere fertur; sed error in anno latere debet.

*l*) Ap. Jo. DAN. SCHOEFFLIN l. c. T. V. num. 286. p. 491.

28. Priuilegium de an. 1376. quo *Carol. IV. Imp. Augustanam ciuitatem* donauit, ne scilicet vlli ciuium huius vrbis prius ea deedere, nec bona sua transferre liceret, quam tributorum atque aeris alieni ratam soluerit *m*).

29. Priuilegium, quod comes Marchiae, *Theodicus*, ciuitati Westphalicae *Suertensi* an. 1397. contulit *n*).

### §. XVI.

dd) saec. XV.

30. Noua Schraa, compilata saec. XV. o), vbi § 23. et art. 82. tam ex statutis Sufatenfibus latinis, quam ex Schraa antiqua, germanice scripta, passus concernentes, totidem verbis repetuntur *p*).

31. Leges municipales antiquae *Goslariefes*, quae plerisque saec. XV. compilatae esse videntur *q*).

32. Priuil. ciuitati *Suinsurtenfi* a *Ruperto Imp.* an. 1401. confirmata, vt instar iuris municipalis, seu iuris ciuilib (Weichbild) essent *r*).

33. Priuil. a comitibus de Hechingen vrbi eiusdem nominis an. 1401. concessum *s*).

34. Concordata *Reinaldi*, ducis Juliacefis, cum vrbe *Aquisgranensi* de an. 1402., vbi conueniunt de mutua subditorum ex vnus in alterius ditionem emigrandi libertate *t*).

35. Ius municipale *Brunovicense*, seu vulgo sic dictus *Ordinarius senatus Brunovicensis* de an. 1408. art. 47. *u*).

36.

*m*) Ap. LÄNIG R. A. part. spec. IV. et vlt. Contin. p. 98.

*n*) Ap. VON STEINEN *Westph. Geschichte* § St. p. 1515.

*o*) Secundum SELCHOVIUM in *d. Geschichte der deutschen Rechte* p. 314. sed EMMINGHAUS (l. c. cap. 3 § 4. p. 64.) terminum compilationis refert ad saec. XVI.

*p*) Ap. EMMINGHAUS l. c. p. 207. et p. 225. Item in (DE LUDOLF) *collezione statutorum* p. 796 et 804. (Wetzlariae 1734. 4.). Vtrunque Schraam etiam DE WESTPHALEN, sed minus accurate exaratum, inseruit *monument. suis ineditis* P. IV. p. 3063.

*q*) Vid. RICCIUS in *dem zuverlässigen Entwurf von Stadtgesetzen*, p. 55. Reperiuntur ap. LEIBNIZ *scriptor. Brunfv.* T. III. p. 486.

*r*) Ap. SCHULTER *Inst. iur. publ.* T. I. lib. I. tit. VI. § 3.

*s*) Ap. MOSER in *Tr. v. d. Landesb. in Ansehung d. P. u. Verm.* p. 5.

*t*) Ap. DE LUDOLF l. c. p. 476.

*u*) Ap. DE LEIBNIZ l. c. T. III, p. 46.

36. Statuta antiquissima vrbis *Wiehe* seu *Wihe*, compilata demum saec. XV. x).

37. Priuilegium ciuitati *Württembergiae Donstettensi* a comite *Eberhardo* an. 1415. donatum, quo ei ob incendii damnnum ingens et exinde enatum vitae necessariorum defectum liberam migrandi veniam dedit z).

38. Priuilegium, quod *Sigismundus Imp.* an. 1418. ciuitati imperiali quondam *Woerthensi* (*Donau-Wörth*, olim *Schwäbisch-Wörth*, *Werde*) concessit, ideo notatu dignissimum, quod non modo ipsi ciuitati vsu iam seruatum ius emigrandi liberum confirmat, sed etiam reliquis ciuitatibus imperialibus eandem libertatem, tanquam rem communem, vindicat a).

39. Resolutio *Sigismundi Imp.* de an. 1422, ex qua, magistratu venia dante, ciuibus vrbis *Budtweifs* ab ea recedere licet b).

40. Priuilegium de an. 1430, quo *Ludonicus comes*, ciuitatis *Schiltacensis* partim inopiam, partim alias temporum iniurias considerans, incolis, aliunde in vrbe aduenis, liberam emigrandi tribuit libertatem c).

41. Statuta et concordata ciuitatis imperialis *Coloniensis* an. 1437. condita. Laudare sufficiat inscriptionem art. XLIII: "*Dasß kein burger aus Cölln weichen soll, den wesentlich Schade oder Noth vbergeht, ohne Vorwissen des Raths*" d).

42. In peculiari priuilegio de an. 1464. *Frid. III. Imp. Norimbergensibus* facultatem pro lubitu ab emigrantibus censum exigendi concessit e).

43. An. 1478. sub *Frid. III. Imp.* iam lis erat in supremo iudicio Imp. camerali inter vrbem *Hailbrunn* et *Dither Wisßbronn* de gabella emigrationis f).

D 2

44.

x) Vid. WALCH l. c. T. III. p. 44. et 50.

z) Ap. SÄTLER in der Geschichte des Herzogthums *Württemberg* unter der Regierung der *Graven*, zweyte Forst. Beylag. N. 37. p. 72.

a) Ap. LÜNIG R. A. Part. spec. IV. et vlt. Contin. pag. 411.

b) Ap. WEINGARTEN in fasciculo *dinersorum iniuriam* P. II. p. 160. (Norimberg. 1690. fol.)

c) Ap. SÄTLER l. c. N. 46. pag. 82.

d) Ex statutis *Coloniensibus*, impressis sub titulo: "*Statuta und Concordata der heil. freyen Reichsstadt Cölln*" etc. 4. Vid. RICCIUS v. Stadtges. p. 43.

e) Ap. LÜNIG l. c. T. XIV. p. 132.

f) Vid. LIBER B. DE HARPRECHT in f. *Staatsarchiv des K. u. R. Kammergerichts* Th. I. Anh. § 19. S. 302 et 330.

44. Statutum ciuitatis *Halenfis* in Saxonia de an. 1482, quod dolose et sine cognitione fenatus vrbe egredi vetat, atque eum, qui contrauenit, si forte reuerfus fuerit, iure ciuitatis priuatum declarat, nisi ciuitati insuper satisfecerit g).

45. An. 1496. ciuitas *Tſny* priuilegium accepit, ex quo quiuis emigraturus iuri ciuitatis coram magistratu in propria persona renuciare, atque triplicem vulgarem steuram, loco census emigrationis, de bonis suis vrbi relinquere tenetur h).

## § XVII.

ee) saec. XVI.

46. Articuli additionales ad *Schraam* vtramque, ea ipsa paulo recentiores, nempe ex saec. XVI, qui, non solenni ritu publicati, tanquam ius ἀρχαῖον valent, et adhuc hodie constanti fori obseruantia iuris scripti vigorem habent, art. IX. i).

47. Statuta *Freybergensia*, vim legis adhuc habentia, certe ante reformationem condita k), art. 272. l).

48. Statuta *Coburgensia* saec. XVI, non confirmata, art. III. m)

49. Statuta ciuitatis *Augustanae*, a *Maximil. I. Imp.* a. 1506. confirmata, quibus is, qui iuri ciuitatis petulanter renunciauerit suaque vendiderit bona, peregrini instar haberi iussus est n).

50. Per priuileg. *Maximil. I.* ciuitati *Kempten* permissum est, ab emigrantibus ciuibus et incolis decimam de bonis exigere o).

51. Simile priuilegium impetrauit an. 1521. a *Carol. V.* ciuitas *Lindau* p).

52.

g) Ap. DREYHAUPT in d. Beschreibung des Saalkreyses. T. II. p. 320.

h) Vid. MOSER in tr. von der Reichsfürstlichen Regimentsverfassung 1 B, 14. Cap. § 14. p. 389. (Frankf. u. Leipz. 1772. 4.).

i) Ap. EMMINGHAUS l. c. P. III. num. V. p. 245.

k) Secundum WALCH l. c. T. III. p. 151.

l) Ap. WALCH l. c. T. III. p. 273.

m) Ap. KREYSIG in den Beyträgen zur Historie der sächsischen Lande Th. I. p. 356. Secundum haec statuta respondit in causa emigrationis facultas Jenensis an. 1607. ad consultationem fenatus Coburgensis. Ap. ERNEST. FRID. SCHRÖTER in diss. de gubella detractionis atque emigrationis T. I. p. 16. (Jenae 1673.).

n) Ap. LÜNIG R. A. part. spec. IV. et vlt. Contin. num. XXI. p. 118. Cf. MOSERS Reichsfürstliche Regimentsverfassung Lib. I. cap. 14. § 14. 15.

o) Ap. LÜNIG l. c. part. spec. Conf. IV. p. 1520.

p) Ap. LÜNIG l. c. p. 1317.

52. An. 1521. priuil. ciuitatis *Augustanae* amplificatum est per prohibitionem emigrationis, quae fit in detrimentum magistratus q).
53. Statuta ciuitatis *Langensalze* de a. 1556. r)
54. Statuta ciuitatis *Saalfeld* de a. 1558. condita a magistratu, et postea confirmata, art. VII. s)
55. Statuta *Wafungensia*, a magistratu condita, reuifa ac denuo confirmata an. 1561. ab *Ernesto*, duce Hennebergenfi, art. I. t)
56. Statuta ciuitatis *Meinungensis*, quae *Ge. Ernestus*, comes ac dynasta Hennebergiae, ei an. 1565. indulsit u).
57. Ciuitas *Spirensis* per priuilegium de an. 1566. a *Maxim. II.* ius acquisiuit, decimam ab emigrantium bonis exigendi x).
58. Ciuitas *Francofurt*. per priuilegium a *Maxim. II.* denuo ius an. 1570. confirmatum accepit, ab emigrantibus decimam bonorum detrahendi z). Cum num. 57. eiusdem tenoris est.
59. Pactum inter ciuitatem *Wetzlarisensem* et *Gieffanam* de a. 1575. a)
60. Statuta *Gothana* de a. 1579. ciuibus ius emigrandi confirmant; ita tamen, vt ex viginti quinque florenis vnum census emigrationis nomine praestare teneantur b).
61. Statuta *Osterodensia* a magistratu ciuibusque sancita, et an. 1580. collecta, art. XII. c)
62. Statuta ciuitatis *Rudelsstadt*, an. 1488. a comite *Gunthero* indulta d), et an. 1594. de nouo emendata, art. II. et III. e)
63. Statuta *Ilmensia* nouiora, quae, antiquis plane abolitis f), de nouo promulgata, et anno 1596. confirmatione corroborata sunt; inprimis § 8. g).

D 3

§ XVIII.

- q) Ap. MOSER in f. *Reichsf. Regim. Verf.* p. 388.
- r) Ap. WALCH l. c. T. VII. p. 295.
- s) Ap. WALCH l. c. T. I. p. 160.
- t) Ap. KREYSIG l. c. T. I. (Altenburg. 1754. 8.) p. 401. et 413.
- u) Ap. KREYSIG l. c. T. V. p. 241.
- v) Ap. LIMNAEUM in iur. publ. lib. 7. cap. 17. et BONHOEFER l. c. p. 48.
- z) Ap. eund. l. c. lib. 7. cap. 47.
- a) Ap. ESTOR in *deceptis ex geographia vet. Hass.* Collect. II. in *Analeſis suis Hassiac.* p. 279 sq.
- b) In *Garba Diplomatica*, P. III. c. 29. p. 177.
- c) Ap. DE PUFENDORF *Obſ. iur. vniu.* T. II. app. p. 247.
- d) Ap. SCHOTT l. c. T. V. p. 26.
- e) Ap. WALCH l. c. T. V. p. 31. 32.
- f) Quod saepius factum esse incredibili quadam incuria constat ex statutorum Salzenſium factis, aliisque (de quibus supra) exemplis. Vid. KUCHENBECKER *annal. Hassiac. Coll.* IV. p. 262.
- g) Ap. WALCH l. c. T. V. p. 125. 126.

§ XVIII.

ff) saec. XVII.

64. Additamenta ad statuta *Rugenwaldensia* de a. 1600, art. 2. *h*)
65. Statuta ciuitatis *Kaufbeuern* de a. 1600, art. 9. *i*)
66. Statuta *WisMariensia*, vulgo *Ciuiloquium* vocata de a. 1610. ciuibus saluum ius emigrandi donarunt *k*).
67. Statuta ciuitatis *Teuchel* de a. 1611. art. II. § 4. *l*)
68. Ius statutarium *Mindense* de a. 1613. lib. I. tit. 2. art. 8. *m*)
69. *Ordin. polit. Francof.* de dat. 15. Apr. 1619. *n*)
70. Ius statutarium *Schleusingense* de an. 1622. libertatem emigrandi ciuibus confirmat *o*).
71. Statuta *Weisenbergensia*, de a. 1623 *p*), art. XLV. *q*)
72. Statuta *Themariensia*, reuista et confirmata an. 1629. ab electore et ducibus Saxon. Juliaci, Cluinae atque Montium, art. 7. *r*)
73. Statuta ciuitatis *Eilenburg*, a magistratu an. 1634. compilata, class. XII. art. 7. *s*)
74. *Frankfurt. Pol. Ordn.* de dat. 24 Mart. 1635. *t*)
75. Statuta *Norddingensia*, collecta, confirmata et declarata d. 16. Decembr. an. 1650. T. II. tit. III. *a*)
76. Statuta ciuitatis *Gera* seu *Gerau*, confirmata et die XI. Jun. an. 1658. publicata, quorum art. 51. in scriptis: "*Von Wegzichen der Bürgern, Bürgerrecht, Nachsteuer und Abzugsbeedes der Bürgern als Frembde*" etc. *b*).

77.

*b*) Ap. SCHOTT I. c. T. II. p. 86.

*i*) Ap. WALCH I. c. T. III. p. 314 sq.

*k*) Vid. SCHRÖDERS *Kurze Beschreibung der Stadt und Herrschaft Wismar* p. 585.

*l*) Ap. WALCH I. c. T. V. p. 168.

*m*) Ap. JAC. ANDR. CRUSIUM in tr. *de iure detractionis et emigrationis Germanis Abzug und Nachsteuer dicto*. In eius *Opusculis var. polit. iurid. histor. num.* 3. p. 195 sq. (*Mind*, 1668.)

*n*) Ap. DE SENKENBERG *select. iur. et hist.* T. I. p. 613.

*o*) Ap. KREYSIG I. c. P. II. art. 54. p. 304.

*p*) Ita conicit KREYSIG I. c. T. V. p. 31. eumque secutus DE SELCHOW in *elem. iur. Germ.* T. II. p. 256.

*q*) Ap. KREYSIG I. c. T. V. p. 28.

*r*) Ap. KREYSIG I. c. T. IV. p. 239. et 265.

*s*) Ap. KREYSIG I. c. T. III. p. 126.

*t*) Ap. DE SENKENBERG in *select. iur. et hist.* T. I. p. 613.

*a*) Ap. SCHOTT I. c. T. I. p. 211. De nouo reuista et confirmata sunt haec statuta an. 1709. a Iosepho Imp.

*b*) Ap. SCHOTT I. c. Th. p. 177.



77. Statuta ciuitatis *Eimbeck*, a magistratu a. 1658 collecta, cap. V. art. V. c)
78. Statuta *Dresdensia* de a. 1659. de bonis emigrantium centesimam detrahi volunt, ius emigrandi ipsum autem saluum illibatumque ciuibus relinquunt d).
79. Statuta *Schleusingensia* reuisa et renouata, a magistratu condita, ab Elect. Saxon. 1662 confirmata. Item art. 2. inscriptus *Bürger-Aydt*. Item art. 54. e)
80. Statuta ciuitatis *Weissfels* reuisa et confirmata a. 1662. cap. IX. art. IX. Item art. X. f)
81. Per statuta de a. 1664 in ciuitate *Sulana* quatuor. floreni excentum ab emigrantibus exigi solent g).
82. Catastrum ciuitatis *Forchtenberg* de a. 1670 h).
83. Statuta *Heldburgensia*, ab Ernesto, duce Saxon. d. 26. Septemb. 1672, confirmata, sect. I. et II. art. V. i)
84. Conceptum statutorum ciuitatis *Budissin* de an. 1678. cap. V. art. 3. k)
85. *Ordin. Pol. Francof.* de dat. 15. Apr. 1687. l)
86. Statuta *Lauenburgensia*, a magistratu ciuibusque confecta, sed confirmata a Francisco, duce Saxon. Angar. et Westphal. a. 1689. P. I. art. 2. m)
87. Statuta *Seidenbergensia* in Lusatia super. renouata, confirmata a nobili de Einsiedel et mense Febr. 1698 promulgata, art. 67. n)
88. Statuta ciuitatis *Schalkau* exeunte saec. XVII. vel ineunte XVIII a magistratu conscripta, art. II. num. 4 et 5. o)

## § XIX.

- c) Ap. DE PUFENDORF l. c. T. II. app. p. 272.
- d) Vid. Statuten der Stadt Dresden, errichtet am 3. Apr. 1659. confirmirt und gedruckt 1660. 4. Item DONDORFF in diss. de successione ab intestato secundum statuta Dresdensia, cap. ult. It. RECHEBOLD in diss. de iure ciuitatis ex statuto Dresdensi.
- e) Ap. KREYSIG l. c. Th. II. p. 272. 274. 304.
- f) Ap. KREYSIG l. c. Th. V. p. 201.
- g) Vid. Statuta der Stadt Sulz. Schleusingen 1664. 4. Reperitur etiam in J. P. REINHARDS Beyträgen zur Historie des Frankenlandes P. I.
- h) Ap. ESTOR in f. Teutschen Rechtsgel. Th. III. § 3460.
- i) Ap. KREYSIG l. c. Th. III. p. 217. 218.
- k) Ap. SCHOTT l. c. Th. II. p. 42.
- l) Ap. DE SENKENBERG sel. iur. et hist. T. I. p. 622.
- m) Ap. DE PUFENDORF l. c. T. III. app. p. 290.
- n) Ap. SCHOTT l. c. Th. II. p. 180.
- o) Ap. KREYSIG l. c. Th. II. p. 238.

## § XIX.

gg) *saec. XVIII.*

89. Statuta ciuitatis *Neosori* prope Halam Saxon. a Frid. I. Boruff. rege, an. 1705 confirmata, ius emigrandi, vt a maioribus inde acceptant, ciuibus saluum intactumque relinquunt p).

90. Statuta ciuitatis Schwarzburgens. *Königsee*, a. 1598. primum compilata, postea saepius renouata, atque hoc demum saeculo a. 1723 iterum reuisa atque confirmata, art. 36. q)

## § XX.

β) *Via sternitur ad curatiorem subtilioremque de hisce iuribus disquisitionem instituendam, dum ius emigrandi ab eiusdem restrictionibus separatur.*

Haec est materies, antea disiecta ac dispersa, nunc in cumulum conglomerata atque coaceruata, quam mihi iam pro ingenii dotibus quantuliscunque digerendam atque in suos locos distribuendam sumo. Est sane eiusmodi rerum copia, quibus argumento nostro praecipua aliqua lux affundi possit, vt aegre feram, quod temporum angustiae, diram festinandi necessitatem imponentes atque imperantes, mihi facultatem, in hunc spatiosum campum solutius exultandi, denegarint.

Qua via autem incedere qualemque cursum me tenere oporteat, ne rerum argumenta confuse tractentur summaque imis misceantur, ipsius quaestionis propositae diligentior consideratio docet. Praecipit nimirum (vt scholastice loquar) quaestionem an? a quaestione quatenus? separare. Illa *ius emigrandi*, hac *modus restrictionisque* determinari debent, quibus ius ipsum non tollitur.

## § XXI.

γ) *Burgenfibus quouis aeuo ius emigrandi fuisse, ostenditur, et quidem aa) initio absolutum.*

Ius emigrandi burgenfium a primis vrbium Germanicarum incunabulis, ab Henrico Aucupe inde celebrioribus, repeti potest. Nec, quam late hoc ius initio patuerit, nos ambigere finit ipsa vrbium nascentium imago. Originem nimirum plurimarum ciuitatum humilem tenuemque deprehendimus. Duces comitesque cum imperatoribus in iis aedificandis aemulantes, aut miseram casarum rusticarum paucita-

p) AP. DREYHAUPT in *f. Beschreibung der Saal-Creyßer*, Th. II. p. 775.

q) AP. WALCH l. c. Th. V. p. 209.

paucitatem, aut agri adhuc inculti lata confinia ad vrbis honores euehere solebant. Sed pro generosa illius aevi indole raritas erat eorum, qui se vrbium incolas profiterentur, tam quod ingenuis arma atque debellaciones magis, quam opulenta mercaturae spes, arridebant, quam quod ipsas ciuitates in seruitutis suspicionem adducebant, vbi vallus turresque aeternam captiuitatem minari videbantur. Quare vulgo ius asyli ciuitatibus indultum fuisse inuenimus, vt certe latrones, fugitiui et alii fordidae conditionis homines ad illas inhabitandas confluerent r). Omnibus autem conditoribus vrbium id curae cordique fuisse credibile est, vt eas a suspicione seruitutis per aequa et gratiosa statuta, in forma priuilegiorum vulgo concessa, liberarent. Quid autem huic scopo magis inseruire potuisset, quam si ciuibus absolutam libertatem, pro lubitu rursus vrbem derelinquendi, dedissent? quippe quia molestiam quamcunque, siue vera sit siue commentitia, subire adeo non reluctamur, dummodo penes nos sit, eam decutiendi, liberum arbitrium. Atque haec rationes solae iam me mouerent, vt de burgenſium libertate emigrandi haud impedita persuasum me haberem, etsi alia, quae fidem facere possent, argumenta deessent. Sed scripta eaque statutoria adhuc monumenta accedunt, non quidem vetustissimarum ciuitatum initiis aequalia; haec enim partim nunquam in chartam coniecta sunt, partim iniuria temporis perierunt, partim in puluere archiuorum misere contabescunt; attamen quae vel statim post prima recentiorum aliquot vrbium fundamenta iacta exarata sunt, vel certe non contemnendae antiquitatis commendationem habent s). Ex elencho statutorum atque priuilegiorum, quae supra exhibui, in memoriam praecipue reuocari merentur

1. statuta *Friburgensia*, post prima vrbis initia indulta a. 1120, adumbrata ad iura Coloniensia. Ad ipsum etiam fontem, si coniecturae locus est, et ad reliqua statuta, quae ex eo promanarunt, prouocare licet, quorum insignem multitudinem fuisse constat t).
2. statuta *Susatensia* latina, saec. XIII. conscripta.

3. Hermannus Landgravius in statutis *Cassellansibus*, saec. XIII. in forma priuilegii datus: "Cuiuscunque conditionis homo, villam hanc sub civili forma mansurum ingressus fuerit, in nostra protectione confidens, nullius violentam impetitionem expanseet." Ap. KUCHENBECKER l. c. Col. IV. p. 265. Item priuilegium *Frid. II.* ciuitati *Weiler* a. 1219. concessum: si quis etiam ad hanc villam, fugantibus eam inimicis confugerit.

4) Horum iurium statutoriorum origo alicui, quam ab anno compilationis, repeti debet.

5) Vid. HERM. CONRING tr. de origine iuris Germanici cap. 28. In *Eius opp. omnibus* (Cura GÖREL) T. VI. p. 153.

3. privilegium *Stadense* de a. 1259.
4. privilegium *Griinebergense* de a. 1272.
5. Statuta ciuit. *Salzwedel* de a. 1273.
6. Statuta *Ifenacensf.* de a. 1283.

De absoluta emigrandi libertate etiam reliqua statuta antiquiora intelligenda sunt, quae *nude* tantum de *emigratione non prohibenda* loquuntur. Restrictiones enim praesumere nefas est.

### § XXII.

bb) *Postea quidem non plane sublatum, attamen restrictum*  
 aa) *quoad iuris ipsius ambitum*

Seriori aeuo, celebritate atque frequentia urbium in dies magis crescente, libertatem ciuium emigrandi, rationibus societatis ita suadentibus, saepissime restrictam u), non tamen plane sublata conspicimus. Est restrictionum genus, concernens *iuris ipsius ambitum*, quod ex quibusdam statutis

I. non ex quauis friuola causa indulgetur, sed tantum urgente necessitate, vel certe rationum fortium suafu; quo nomine praecipue adlegari merentur

1. statuta *Brisacensia* de a. 1275.
2. privilegium *Dornstedtense* de a. 1415.
3. privilegium *Schiltacense* de a. 1430.
4. statuta *Eilenburgensia* de a. 1634.
5. statuta *Nordlingensia* de a. 1650.
6. statuta *Schleusingensia* de a. 1662.
7. statuta *Lauenburgensia* de a. 1689: quod

II. ad fines territorii, in quo urbs sita est, restringitur; cuius rei exempla videtis in elencho nostro: quod

III. certo hominum generi eripitur. Vnum certe exemplum in recensu iurium municipalium extat, vbi opificibus hoc ius denegatur, puta statuta *Nordlingensia* de a. 1650. Sed si rem consideratis perpendo, dubitatio subit animum, num etiam statuta urbis imperialis, a. 1650 iam plena superioritate territoriali gaussa, sanctissimo morum nomine digna haberi possint? Nam, quod supra iam monui, ex recentioribus iuribus municipalibus ea tantum ad mores Germanorum constituendos faciunt, quibus superioritas territorialis pepercit.

Ius

u) Ita ut ciuitates, praecipue imperiales, ad libere emigrandum privilegio caesareo opus esse putarent. Vid. priuil. *Woertbense* de a. 1418.

Ius emigrandi burgenſium itaque morum Germanicorum firmiſſimo fundamento nititur, quanquam non omni exceptione maiore.

## § XXIII.

ββ) quoad noua onera nouasque obligationes, quae concernunt  
aaa) vel migraturi personam

Varia autem inuenta ſunt, quae in exercitio huius iuris burgenſibus migraturis moleſtiam crearent; quae partim *personam* partim *bona* eorum concernunt. Ex utroque genere potiora recenſebo, leuioribus praetermiſſis, quae ſtatuta ipſa inſpicientis oculos non effugere poſſunt.

Emigraturo nimirum obligatio imponi ſolebat

- I. iuri ciuitatis expreſſe renunciandi; id enim, inhaerens ipſi perſonae, migraturus non ipſo facto amittebat, ſed expreſſa abdicatione vel priuatione opus erat. Itaque emigratio cum amiſſione ciuitatis non coniunctum cogitari debet; vna ſine altera in iuribus municipali- bus ſaeppiſſime obuia fuit. Vid. ſtatuta *Nordlingenſia* de a. 1650. et *Lauenburgenſia* de a. 1689.
- II. Salutem derelictae vrbs in poſterum pro viribus promouendi, eius- que commodis proſpiciendi. Vid. v. c. ſtatuta *Oſterodenſia* de a. 1580; item *Nordlingenſia* de a. 1650; item *Lauenburgenſia* de a. 1689.
- III. Emigrandi conſilium mature magiſtratui indicandi veniamque im- plorandi. Quo nomine digna ſunt, quae conferantur,
  1. pactum inter ciues *Argentorateneſes* et *Frid. epiſc.* eiusdem nomi- nis, de a. 1283.
  2. ſtatuta *Erfordeneſ.* ſaec. XIV.
  3. ſtatuta *Winterbergenſia* de a. 1331.
  4. pactum inter *Egenon. IV.* comitem *Friburgenſ.* et ciuitatem eius- dem nominis de a. 1368.
  5. ſtatuta *Coloniſia* de a. 1437.
  6. ſtatuta *Halenſia* de a. 1482.
  7. ſtatuta ciuit. *Langenſalze* de a. 1556.
  8. ſtatuta *Salfeldenſia* de a. 1558.
  9. ſtatuta *Waſungenſia* de a. 1561.
  10. ſtatuta *Meimungenſia* de a. 1565.
  11. ſtatuta ciuit. *Kaufbeuern* de a. 1600.
  12. ſtatuta civ. *Teuchel* de a. 1611.

13. ordin. pol. *Francof.* de a. 1619.
14. statuta *Themariensia* de a. 1629.
15. statuta *Eilenburgensia* de a. 1634.
16. eadem de a. 1635.
17. statuta *Nordling.* de a. 1650.
18. statuta *Eimbecensia* de a. 1658.
19. statuta *Heldburgensia* de a. 1672.
20. statuta *Lauenburg.* de a. 1689.
21. statuta *Seidenberg.* de a. 1698.

Hanc renunciationem nomine alterius fieri posse negant statuta *Nordlingensia* de a. 1650.

IV. Creditoribus in ciuitate antea satisfaciendi. Videfis

1. priuil. *Carol. IV.* Imp. ciuitati *Augustanae* concessum de a. 1376.
2. statuta *Salsfeldensia* de a. 1558.
3. statuta *Osterozensia* de a. 1580.
4. statuta *Nordlingensia* de a. 1650.
5. statuta *Lauenburgensia* de a. 1689.

Nec dubito, quin omnes ciuitates, cum difficillima adhuc ad persequendum iura in alieno territorio essent, emigrationis libertatem non nisi aere alieno delecto intellexerint.

V. Ad certum tempus citationibus pristini iudicii obsequium praestandi x). Videfis

1. statuta *Susatensia* saec. XIII.
2. statuta *Freybergensia* eiusd. saec.
3. statuta ciuitatis *Langensalze* de a. 1556.
4. statuta *Osterozensia* de a. 1580.
5. statuta *Nordlingensia* de a. 1650.
6. statuta ciuitatis *Gera* de a. 1658.
7. statuta *Schleusingensia* atque ciuitatis *Leucopetrae* de a. 1662.
8. statuta *Lauenburgensia* de a. 1689.

VI. Variis aliis reuerfalibus subscribendi, quibus ordine recensendis immorari non tanti est y). De his reuerfalibus quoad religionis causa emigraturus specialem dispositionem in I. P. W. habemus.

§ XXIV.

x) Idem hodie praecipunt nonnullae LL. prouinciales v. c. *Ordin. prov. Würtemb. tit. 2. § 7.*  
Vid. MOSER in tr. v. d. *Landesb. in Anseh. d. Perf. u. d. Verm. cap. 22. § 28. p. 228.*

y) Vid. STRUBEN in *f. N. St. Th. III. Abh. 18. p. 354.*

## § XXIV.

bbb) vel eiusdem bona, per censum emigrationis  
 xxx) in cuius originem indolemque inquiritur.

Restat ea restrictio, quae ad bona migraturi pertinet, nempe census emigrationis, cuius origo et natura, quia ex urbium statutis vnice fere repetendus est, hoc loco indagari merentur.

Qui mos hodie in multis Germaniae territoriis, saepius non sine rigoris aliquo crimine, inualuit, vbi nimirum multae difficultates ei mouentur, qui bona sua in aliam prouinciam transferre vult, eodem antiquissimis temporibus ciuitates opulentiores, praecipue hanseaticas, cum magno rerum suarum commodo augmentoque vfas fuisse reperimus. Hae nimirum, persuasae, in singulorum ciuium opibus consistere robur neruosque totius ciuitatis, quae semel in urbem lata, vel a ciuibus adquisita erant, tanquam pignora ipsius adseruabant, atque, ne quid ex illis auellerecur et extra urbem eueheretur, diligenter inuigilabant. Itaque quascunque huic scopo inseruientes consuetudines v. c. *ius detractus* et *albinagii* auide adripiebant z). Peregrinis libertatem, hereditario iure, aut quocunque alio titulo aliquid adquirendi et extra muros exportandi, vel plane negatam a) vel ad duras condiciones restrictam esse inuenimus b). Alia horum principiorum luculenta vestigia supra vidimus in cod. *iuris Lubecensis*, eiusque ἐκ τῶν, codice *Dantiscano* (§ XIV), vbi viduis ciuium, olim in urbem aduenis, alio migrandi consilium capientibus, plus, quam intulerint, euehere non licuisse legimus. Non ergo mirum, si ciuitates, hisce opinionibus semel imbutae, burgenfes emigraturos, simulque secum facultates suas translaturus, non quidem aequae dure, ac peregrinos, tractarunt; attamen, talem accretionem aliis ciuitatibus inuidentes, simulque proprium damnum lentire et quodammodo resarcire studentes, gabellam emigrandi in compensationem capti detrimenti introduxerunt. Hic titulus in plerisque ciuitatibus, crebris diffidationibus exhaustis, aequior eo euasit, quod haec gabella vice illius quotae exigi soleret, quam migraturus, si tempore belli in salutem ciuitatis publicam et

E 3

prospe-

z) Vid. BONHÖFFER in *diff. cit.* p. 32. 33.

a) V. statuta ciuitatis *Weida*, confirmata ab *Heinrich Voigt von Weida* de a. 1027. (eorum actas veneranda merito in dubium vocatur). Ap. LONGOLIUM in *den sichern Nachrichten von Brandenburg Culmbach* (Hof 1751. 8.) P. II. p. 191. Cf. omnino BONHÖFFER l. c. § XIX. p. 33. not. i. et k. *Antiqua Scbraa* art. 119. Ap. EMMINGHAUS l. c. p. 173.

b) Vid. BONHÖFFER l. c. § XIX. p. 33. n. l. 19.

prosperitatem ciuium, eorumque consensu, aes alienum contractum erat, ad id communi sumtu delendum, vel ad vsurarium, inde emergentium, impensas participandas, ne communi oneri sese subtraheret, ante discessum praestare tenebatur c). Insequente autem tempore non deerant aliae, quae praetexerentur, speciosiores causae, v. c. vt munitio nis impensae facilius fieri possent d). Ita factum est, vt tam ex rationibus iam allatis, quam ex quadam similitudine cum antiquissima de hereditatibus peregrinorum detrahendi consuetudine, cui animi iam adsu facti erant, haec gabella facilem aditum haberet, sensimque se plurimis vrbibus commendaret, et, postquam superioritas territorialis eam nomine supremae potestatis sibi vindicauerat, in tam communem consuetudinem abiret, vt paroemia inde enasceretur: "*Wenn einer zieht ein, soll man ihm helfen mit Rath, wenn einer zieht aus, soll man ihm nehmen alles was er hat.*" e)

Primum eius mentio fit in statutis et priuilegiis faec. XIII. et in iure caesareo P. II. cap. CXVIII. p. 84 f). Ex illis autem minus recte ab HEYD g) *Argentoratense* de a. 1283. et *Isenacense* de eodem anno in hunc finem allegantur. Illud de speciali casu loquitur, si quis dolose, clam, absque praeuio consensu magistratus ab vrbe recedit, adiuncta multa quinque librarum. Sermo est de poena doli, non de onere rite susceptae emigrationis h). In priuilegio ciuitatis *Isenacensis* autem agitur de laudemio, quod ex emtionis venditionis titulo emtor

c) Vid. BONHÖFER l. c. p. 34. Cf. d. *Würtemb. Landtagsabschied* de a. 1561, vbi conuentum est: "*Wer aus dem Fürstenthum ziehen wolle, solle von dem, was er hinausnimmt, seine Angewöhnung bezahlen an gewissen damals bewilligten Geldern, wie auch an den Kosten und Schäden, so auf das Spanische und andre Kaiserl. Kriegsvolk — — ungefähr aufgegangen*" &c. Ap. MOSER in f. Tr. v. d. *Landesh. in A. d. U. P. u. V.* cap. 22. § 21.

d) Vid. HEYD l. c. p. 21.

De rationibus huius census eiusque fundamento perpetuo constantique DD. sese valde torserunt. Varias sententias videlicet ap. HEYD l. c. § XXIV. p. 46 sq. et ESTOR in d. *Teutschen Rechtsgel.* Th. III. tit. ap. WIESAND l. c. f. v. *Abzug*.

Equidem id quaerere supersedeo, cum varium admodum atque diuersum pro varietate temporis locine fuisse certo sciam. Anceps itaque res est, ex hoc fonte puncta iuris deriuare; nimisque secure in hac lubrica via multi DD. ambulare videntur: in qua culpa etiam diuini, de hoc argumento caeterum meritiissimi, BECK et LANGE in scriptis citatis versari videntur.

e) Ap. WIESAND l. c. p. 19.

f) Ap. DE SENKENBERG in *corp. iur. Germ.* T. I. Vid. supra § X.

g) § XVI. p. 29.

h) Quodsi quis in tali multa vestigia prima gabellae nostrae videre putat, nescio sane, cur eandem non alius a l. 14. § 2. d. *ad municipal.* repetat, ex qua is omnia sua bona amittit, qui in fraudem ciuiliu onerum migrat? *Comp. stat. Eilenburgens.* de a. 1634.



tor aequè ac venditor debebat. Nec ad rem facit, quod HEYD tertio loco laudat, ius municipale *Appenradense* de a. 1284. Prima eaque clara huius census signa reperire licet in statutis *Freybergensibus* saec. XIII. compilatis. Tunc ordine proximum est, vt equidem scio, privilegium *Suertense* de a. 1397 i). Initio peculiari nomine non insignitus est. Postea autem varia atque diuersa cognomenta accepit, partim singularia, partim cum detractu communia. Atque haec nomen confusio, et externa quaedam similitudo multis DD. imposuisse videtur, qui censum emigrationis cum detractu temere miscuerunt, etsi vtraque gabella multis nominibus a se inuicem differat k).

## § XXV.

βββ) cuius variae denominationes recensentur.

Itaque, vt huic confusio occurrat, faciliorque iurium Germanicorum, praecipue statutorum intellectus sit, non superuacaneum esse reor, in variis huius gabellae denominationes commentarium succinctum adornare. Sunt autem fere hae:

1. *Das verlorne Bürgerrecht*, i. e. pecunia, quam pro remissione iuris ciuitatis migraturus debet. Cf. *stat. Fribergensia*, saec. XIII. pari modo id, quod pro admissione ad ciuitatem praestatur in *ordin. prov. Würtemb. tit. II.* vocatur *das Bürgerrecht*. Ita etiam in recent. *stat. Fribergensibus* haec locutio occurrit. *Stat. Eisenbergensia* de an. 1610. "Dass sie (die Fremden) zu Abzuggeld nicht mehr als 3 Gilden, als ein Bürgerrecht gegeben." l)

2. *Teinde Penning*. Vid. *artic. additional ad Schraam vtramque* saec. XVI. *Der Zehende* audit v. c. in *stat. Rugenwaldens.* de an. 1600, quia nimirum decima pars de bonis detrahi solebat; vnde etiam haec denominatio in *Instr. P. W.* migravit, art. V. § 37. Idem nomen pari de causa denotat *detractum m*).

3. *Nachsteuer*, i. e. praestatio, quae post emigrationis propositum exsoluenda est, non collecta vltima n). Haec vox solennis et hodie-

num

i) Qui nonissime huic censui operam impendit, LANGE l. c. minus bene in praef. "Vor dem XV. Saec. war die Nachsteuer viellicht in ganz Deutschland noch so unbekannt, als eben in Rom." Item P. I. cap. 1. Obs. 2. p. 3. "In Teutschland ist die Nachsteuer successiv eingeführt worden die großen und mächtigen Stände machten den Anfang." Nil agunt, qui a motibus reformationis hunc censum deriuant. Vid. ESTOR T. R. G. Th. III.

k) Vid. BONHÖFER l. c. in *prooem.* et HEYD l. c. p. 6.

l) Ap. WALCH l. c. Th. II. p. 241.

m) Vid. SCHMID *diss. de iuris detractus cum iure collectandi nexu necessario* (Jen. 1765), vbi varia detractus nomina enumerantur.

n) Vid. COCCHEI *diss. de censu emigrationis* (Heidelb. 1715 rec.) § 6.

num vsque vfitatissima est. Iam in priuil. Frid. III., ciuitati *Norimbergensi* a. 1464. concessio, occurrit. “*Die unbezahlte Losungen mit samt der Nachsteuer, die der Rath darauf gesetzt*” etc. o). Item in priuil. ab eodem ciuitati *Dunkelsbuhlae* a. 1476. indulto p). Ita etiam leges Imp. q) et pleraeque legg. prouinc. r) gabellam nostram exprimunt. Adhibetur tamen haec vox improprie et contra subtilem loquendi morem a nonnullis D D. s) legibusque prouincialibus t) etiam de *detractu*.

4. *Abzug* vel *Abzugsgeld* u). Proprie tantum de *detractu* vsurpatur; sed in legg. Imp. x), constitut. prouinc. y) et statutis z) cum voce *Nachsteuer* non solum cumulat, sed etiam simpliciter gabellae emigrationis denotandae inferuit a).

5. *Abschied* b), vel *Abschiedung* c). Hinc *verabschieden* i. e. *vernachsteuern*. Improprie etiam *detractum* significat d).

6. *Abschoß* e). Cum voce *Nachsteuer* in actis publicis interdum cumulatur f).

7. *Nachbüth*, a *Bete*, collecta publica g).

8. *Ab-*

o) Ap. LÜNING R. A. T. XIV. p. 132.

p) Ap. LÜNING R. A. T. XIII. p. 477.

q) Vide R. I. de a. 1530. § 60. Item de a. 1555. § 24. et de a. 1594. § 32. Item Ordin. ind. Imp. ant. Ferd. III. de a. 1654. tit. 1. § 8.

r) Vid. corp. constit. regio - Hofstat. T. III. p. 19.

s) Vid. BECK l. c. Th. I. cap. 1. Obs. I. p. 1.

t) Vid. Vertrag zwischen dem Hochstift Bamberg und der Stadt Nürnberg de a. 1607. v. sup.

u) De vi etymologica huius vocis ingeniose BONNER l. c. § 19. p. 35.

x) Vid. R. I. de a. 1530. § 60; item de a. 1594. § 32.

y) Vid. Constitut. Brandenburgica de a. 1594. inser. “*Auffarth und Abefarth, sonst Aufszugck und Abzug* genant. Vid. MYLIUS Corp. Const. March. P. IV. Abth. III. num. III. p. 57.

z) Vid. statuta ciuitatis Kaufenern de a. 1600.

a) Vid. SPEIDEL in notabil. verb. *Abzug*.

b) Vid. stat. Salfeldens. de a. 1558. et *Wesungens.* de a. 1561. Item *Schlesingens.* de a. 1622. et *Themariens.* de a. 1629.

c) Vid. stat. Coburgens. saec. XVI. Item *Heidelbergens.* de a. 1672. et respons. facult. *Altdorf.* ap. BECK l. c. p. 233. ex ed. Lang.

d) V. c. in stat. Salfeldens. de a. 1558. ap. WALCH l. c. Th. I. p. 178.

e) V. c. in stat. Rügenwaldens. de a. 1600. Item in terris Brandenburgicis vi comitit. reg. de a. 1718. ap. MYLIUM l. c. Abth. II. p. 189. Vid. BESOLD thes. pract. v. *Abschoß*.

f) Vid. granam. *Enangel.* de a. 1641. ap. LONDORP ad. publ. T. V. p. 206. num. 9.

g) Vid. stat. *Meinungensia* de a. 1565.

8. *Abefarth h)* vel *Abfahrtgeld i)*.
9. *Freygeld k)*.
10. *Weglassung l)*.
11. *Abzugsbeed m)*.
12. *Nachschofs n)*.
13. *Abschiedgeld o)*.
14. *Zehend - oder Kronengold p)*.
15. A nonnullis DD., qui graeciffare amant, vocatur *δεκάρειος*.
16. Teste SCHRÖTER (ERNST FRID.) *q)* vocatur etiam *Auslöfung*, *Weglöfung*, et in Flandria *decima Iffuarum exitusue*.
17. Latine audit *Gabella* (a *Gabel*, paruo munusculo, vel *Gabe* tributo) *r)*, *cenfus emigrationis*, *detractio*, *exactio s)*, *decimae*, *decimatio*, *quindena t)*, *veftigal u)*, *falcidia x)*, *penfatio y)*, etc.

## § XXVI.

*γγγ) cuius varietas ratione computationis illustratur.*

Ex supra in medium latis statutis adparet, duplex pretii genus esse, quo burgenfes veniam emigrandi redimere folent. Alterum, quod non variatur, constantis canonis naturam imitans, idemque manens, fiue magni, fiue parui pretii fint migraturi facultates. Exempla fere in his statutis occurrunt: 1) *Fribergenfibus* faec. XIII.

2) *Suer-*

*b)* In *Confit. Brandenburg. cit. de a. 1594.*

*c)* Ita in terris Auftriacis. Vid. *Reichsfama Tb. XXI. p. 467.*

*k)* Ita in electoratu Bavarico, teste KREITMAIER in *f. Anmerkungen über d. Cod. Maximil. Bavar. P. V. § 13. p. 2369.*

*l)* Ita in electoratu Bavar. teste KREITMAIER *l. c. p. 2367.*

*m)* Vid. *stat. civ. Gera de a. 1658.*

*n)* Eodem. *o)* Eodem.

*p)* Teste BECK *l. c. Th. I. cap. I. Obs. II. p. 3.*

*q)* In *diff. de gabella detractiois atque emigrationis*, p. 7. (Jen. 1673.)

*r)* Cf. WACHTER in *glossar. P. I. p. 511.* SCHRÖTER in *diff. cit. P. I. p. 6.* aliique ex lingua Ital. h. v. derivant.

*s)* Vid. *instr. pac. Ryswic. art. XVII.* In corp. iur. publ. p. 1108.

*t)* Teste LANG ad BECK p. 2.

*u)* Vid. THOMASIIUS (CHRISTIAN.) in *diff. de iure detractiois*, (Halae 1724.) §. 7. p. 7.

*x)* Vid. SCHRÖTER in *diff. cit. p. 7.*

*y)* Vid. *eundem eodem.*

2) *Suertensibus* d. a. 1397. 3) *Fribergensibus*, faec. XVI. 4) *Salsfeldensibus* d. a. 1588. 5) *Eimbacensibus* d. a. 1658. 6) *Seidenbergensibus* d. a. 1698. Quodsi gabellae nostrae notio etiam hoc pretium, ut mihi quidem persuasi, comprehendere debet, tunc minus bene MOSER: "*Die Nachsteuer wird von dem Vermögen und nach dessen Verhältniß gegeben*" 2). Alterum autem pretii genus computatur secundum aestimationem bonorum et secundum certam proportionis normam. Nunc ab omnibus facultatibus, quod plerumque fit, nunc a nonnullis tantum a) exigitur. Quota autem, seu proportio varia est, ex singulis statutis legibusque cognoscenda. Nunc centesima pars, nunc quinquagesima, nunc vicecima b). Sed in decima parte mirus statutorum concentus observatur. Ex elencho nostro in mentem recurunt 1) *Rugenwaldensia* de a. 1600. 2) *Kaufbeuerana* de a. 1600. 3) *Schalkaviana* de a. 1700. c)

*Census emigrationis*, si coronidis loco eius descriptionem adponere licet, est pars, quam vel statui Imp. vi superioritatis territorialis, vel etiam mediatis personis (sive sint morales sive non), vel etiam virique simul d) emigraturus de bonis exportandis pro libertate abeundi praestare debet.

Male plerique Icti censum emigrationis et detractum, ut supra iam dixi, iisdem finibus circumscribunt e).

- 2) In tr. von der Landeshoheit in Ansehung der Personen und des Vermögens. cap. 22. §. 6. Laxius definit DE ICKSTAD l. c. def. II. schol. II. §. 8. p. 288. "*Census emigrationis est pars aliquota substantiae exportandae.*"
- a) Vid. addit. ad Schraam.
- b) Vid. BALTH. CONR. ZAHN in ichnographia municipalis, cap. 72. n. 7. et THOMASII in diff. cit. p. 17. 399. Item BECK l. c. qui in quocunque genere larga manu exempla congererunt. Et HELFFELD repert. iur. Germ. priv. Tb. 1. v. Abzugsgeld §. 20-28.
- c) Insignem copiam aliorum iurium, quae pro decima pugnant, vid. ap. BECK l. c. Tb. I. Cap. II. Obs. 1 et 2. pag. 11. ex ed. LANG et ap. HELFFELD in repert. iur. Germ. priv. P. I. voc. Abzugsgeld. Item ap. HEYD l. c. §. XXVII. p. 50. et THOMASII l. c. §. 17. p. 17. et WERNER l. c. Obs. pr. voc. Nachsteuer, et WIESAND l. c. f. voc. Abzug.
- d) Ut in terris Austriacis. Vid. Joseph II. Patent de 1. Aug. 1783. in Joseph II. Gesetzen und Verfassung im Justizfache — in den 4 Jahren seiner Regierung (Prag und Wien 1786. fol.) num. 167. p. 243. Vbi census, qui domino territoriali debetur Landesfürstliches Abfahrtgeld, quem sibi mediati adrogant Bürgerliches Abfahrtgeld appellatur.
- e) DE SELCHOW in princ. iur. Germ. lib. I. cap. II. §. 103. p. 118. ed. 6. ita. "*Censu emigrationis significatur pars bonorum in aliud territorium exportandorum sisco principis inferenda.*"

## SECT. II.

## E iure communi.

## § XXVII.

## I. De eius indole ac divisione.

Iura, quae per totam Germaniam vim suam exferunt, ita sunt comparata, vt partim obligandi vigorem directum, partim subsidiarium tueantur. Illa vocare iuvat *iura per totam Germaniam absolute praecipitina*, quae nullam legem sibi contrariam admittunt. Quaecunque in illis determinata sunt, non nisi per Imperatorem totumque Imperium mutari possunt. In quo genere nobis exempla a legibus Imperii fundamentalibus suppeditantur. Quaecunque autem in illis iuribus non tacta, aut non ex omni parte definita sunt, ea sibi determinare potest, quicumque per Germaniam potestate legislativa territoriali gaudet, nisi obtent fortiora singulorum iura. Quod vero si non fit, recurritur ad *ius commune*, cuius natura est subsidaria; et quidem

I. partim ad *ius subsidiarium positivum*, cuius fundamentum est hoc: *Quicumque ius sibi proprium non statuit, cum tamen statuere potuisset, in id positivum ius consensisse censendus est, cui ipse vim subsidiariam tribuit.* Haec autem vis subsidaria nititur

- 1) vel *pacto expresso*; quo refero multa legum imperii capita, quae vi absolute praecipitina desituuntur. Praeterea tamen accidit, vt observantia legum Imp. vim absolute praecipitinae aut plane tollat, aut extenuet; quod accidisse videmus const. crim. Carol.
- 2) vel *consensu tacito*; quo refero *iura peregrina*, etsi iisdem postea consensus expressus saepius accessit
- 3) vel *mera praesumptione*; quo refero *ius commune consuetudinarium*, seu *analogicum*, cuius ea est ratio, vt in casu dubio praecipue vero tacentibus iuribus absolute praecipitinae atque fortiori iure communi, id praesumatur, quod cum vulgari consuetudine atque vsu consentaneum est. Haec praesumptio autem in primis deducenda est ex contentu et comparatione veterum Germaniae morum cum recentioribus territoriorum legibus et consuetudinibus.

Varias autem de huius iuris communis domestici notione concipienda sententias fouent viri in hoc literarum genere versatissimi atque omni laude maiores, PÜTTER f), DE SELCHOW g), MYLIUS h), WIESAND i), alii.

II. Partim ad principia generalia, ex rei natura atque indole petita. Huc v. c. referrem disquisitiones: *Qualia principia de emigrandi iure apud Germanos ex conceptu superioritatis territorialis in se consideratae derivari possint?* vel: *quale ius principi seu statui Imp. secundum principia iuris reformandi uniuersalia competat in alterius fidei consortes, propter religionem emigraturos?*

Hanc autem iuris communis, improprie sic dicti, speciem a scopo nostro nimis remotam, mislam faciamus, restant duo priora genera 1) *ius commune peregrinum* et in specie *ius Romanum*, 2) *ius commune domesticum*, quo nomine comprehendo *leges Imp.* (non praetermissis edictis Caesareis, quae certo respectu huic classi accenferi possunt ac debent), in quantum subsidiariae sunt, et *ius commune domesticum analogicum*.

In adplicandis hisce iuribus, precor, vt, si mihi tam anceps res impofuerit, aequi arbitri errores commissos condonent, et ex conamine iuuenili acumen metiantur.

### § XXVIII.

2. *De eius usu in nostro argumento, qui*

a) *peregrino plane abiudicatur, et quidem*

α) *in principis emigrationis ipsis, propter peculiarem Germaniae statum habitumque.*

Nemini facile in mentem veniet, iuris Romani auctoritatem vsque ad hoc argumenti genus protrahere et extendere. Nam toto coelo differt ius publicum Germanicum a Graeco-Romano. Quod nec principes vnitos fugit, ad Rudolphum II. Imp. a. 1609 ita scribentes: *“Es sey dies Orts mit der Iurisdiction und Rechten, wie sie die Lateinschen Kaiser gehabt, allerdings nicht aufzuhalten, alldieweil Kaiserl. Majestät*

f) *In elementis iuris Germanici privati hodierni. Gotting. 1748.*

g) *In elementis iuris Germanici privati hodierni ex ipsis fontibus deductis, Gotting. 1757.*

h) *In diss. de genuino iuris Germanici uniuersalis hodierni privati ciuilibus conceptu mediisque illud meliorem in ordinem redigendi, Lips. 1751.*

i) *In diss. de iure Germanico melius perficiendo, Vitemb. 1766.*

Horum virorum sententias nuper inter se comparauit GOTTL. WILH. TAFINGER in *diss. de metodo iuris privati Germanici, Tubing. 1786.*

*Majestät gutes Wissen habe, daß es mit dem Teutschen Reich, dessen Stand, Gliedern und Unterthanen eine große Ungleichheit gegen die alten Lateinischen habe und haben solle* h).

Itaque sciti semper incongrua iuris Romani applicatio fit, si de iuribus et obligationibus imperantes inter et subditos in Germania quaestio agitur; ita etiam ab hac commentatione, quae potius ex limpidis iuris publici patrii fontibus haurienda est, illud idolon Romanum arcendum atque proscribendum mihi videtur. Nec audiendi sunt, qui in hoc argumento prouocant ad *leg. 20. D. ad municip. vel ad leg. 31. D. eod.* Nec maioris aestimandi sunt, qui regulas iuris allegant, inque suum usum vertunt l), qualis est, *quemuis pro se introducto factioni renunciare posse m)*; ac si principia iuris naturae in ore Justiniani fundatam intentionem, ut léti loquuntur, ad fora Germaniae nanciscerentur. Sed tales locos communes illi a iure Romano mutuuntur, qui argumentum nostrum ex iure publico vniuersali enucleandum sibi sumunt; ita tamen, ut auctoritas Justiniani eorum ponderi nil addere, nilque detrudere posse censeatur.

## § XXIX.

β) *in censu emigrationis, quia eiusdem ne verbo quidem in iure communium peregrino mentio fit.*

“Pone tamen, peregrinis iuribus in doctrina emigrationis Germanicae nullum usum, nullam auctoritatem tribui; quis tamen iisdem carere poterit in censu emigrationis, quippe qui aequae ac detractus ad normam Falcidiae examinandus et ex eiusdem natura explicandus est? Cui porro non in mentem venit integer ille codicis titulus *de edicto diui Hadriani tollendo*? Cui non *lex. 2. § 44. D. de orig. iur.*?” Ita ingens Ictorum multitudo; quorum si nomina addiscere lubet, ad eundem sunt CHR. SCHWANMANN AB ATRENDORF n) et BECK o). Agmini etiam interest LEYSERUS p). Sed non opus est, haec DD. commenta refutare, quorum vanitatem iam copiose perhibuerunt D. CRAMER q),

F 3

STRU-

h) Ap. MOSER in tr. von den Kaiserl. Regierungsrechten Th. I. § 24. p. 81.

l) Vid. ICKSART l. c. § 34. p. 299.

m) Cf. leg. 29. C. de pactis; item leg. pen. C. de transact.

n) In compendio iuris emigrationis et detractionis p. 3. (Lips. 1647. 12.)

o) l. c. Th. I. cap. I. Obs. 2.

p) In Medit. ad D.

q) In progr. de coniungendo iuris et antiquitatum Germanicarum studio p. 28.

STRUBEN r), THOMASIIUS s). Certo certius est, ius Romanum gabel-  
lam emigrationis vna cum detractu ignorasse. Itaque nec ex hac parte  
mihi res erit cum iure communi peregrino. Quae enim adserui de  
iure Romano, eadem etiam valent de iure Canonico t).

### § XXX.

- b) *Totus autem domestico vindicatur, et quidem praetermissis legibus Imp.  
subsidiariis, analogico communi iuri.*  
c) *Eius ratio distinctius in nostro problemate exponitur.*

Ius commune domesticum, quod originem habet in constitutio-  
nibus Imp. subsidiariis, vti in quocunque iuris Germanici, tam priuati,  
quam publici, argumento recte adhibetur, ita etiam in nostro speciali  
problemate neutiquam sicco pede praeteriri deberet. Si enim v. c.  
legem Imp. haberemus, quae cuiunque ex quouis territorio in aliud  
emigrare permetteret, quae vero per obseruantiam infirmata in ius sub-  
sidiarium abierit; in hac re non dissimilis aliis constitutionibus Imp.  
v. c. constit. crim. Carol.; tunc illa id efficeret, vt quisque liberam  
abeundi atque remanendi facultatem haberet, nisi lex prohibitiua aut  
restrictiua territorialis extaret. Verum enim vero tales leges Imp.  
subsidiariae de emigratione nullibi extant. Quare iam ordine venit  
ius commune domesticum analogicum subsidiarium, ad quod me con-  
uertam. Nititur praesumptione vulgaris vsus et consuetudinis. Est  
vel priuatum, vel publicum. Illud non curo. Huius autem ea est  
ratio, vt vel nexum inter superioritatem territorialem et subditos, vel  
inter Imperium et superioritatem territorialem concernat. Hic solum  
agitur de priori, vbi de emigratione ex territorio in aliud, non in  
aliam extra Germaniam prouinciam quaeritur. Tunc autem adhiberi  
potest in foro, si neque lex Imp. absolute praeceptiua, nec subsidiaria,  
nec ratiocinatio iuridica, nec potestas territorialis fortius ius intro-  
duxit. De legibus Imp. subsidiariis iam supra vidimus. Absolute  
praeceptiuae autem sibi vindicarunt emigrationem, quae fit vel extra  
Germaniam, vel ob religionem, vt infra docebimus. Quales autem  
limites saepesato iuri communi analogico superioritas territorialis pos-  
suerit, huius loci non est, curare. In singulas itaque prouincias de-  
scendere, legesque territoriales eum consulere oportet, qui huius iu-  
ris ambitum in quouis territorio accurate definire vult.

### § XXXI.

- r) In *f. Nebenstunden* 32. *Abb.* § 16 sq.  
s) In *diff. cit.* § 2. 3. p. 4.  
t) *Ibid.* § 4. p. 6.



- § XXXI. eius applicandi specimen exhibetur
- β) eius applicandi specimen exhibetur
- aa) quoad ius emigrandi, competens
- αα) cuicumque libero S. R. I. subdito.

In eo communes iidemque antiquissimi Germaniae mores vna cum hodierno plurimarum prouinciarum constanti vsu amice conspirant, nefas esse, libero ciui S. R. I. ius emigrationis ipsum denegare. Hoc per omne aeuum, dominica potestas nexuque feudali non obstantibus, incolome mansit "*nec unquam Germani adscriptitiorum glebae classe censerī se voluerunt*" u). Illud supra variis antiquitatis documentis et in primis statutis vrbium adfertur; post superioritatem territorialem introductam non modo non sublatur sed potius vnanimi legum prouincialium consensu magis stabilitum x) atque tribunalium imperialium y) doctorumque z) auctoritate confirmatum corroboratumque est. Non autem superfedere possum, hifce maiorem fidem per documenta ex legibus prouincialibus petita adstruere, quo officio eo lubentius fungor, quo maior est illorum abundantia. Comparari merentur.

1. XXIII literae immunitatis Bavaricae (Freyheitsbriefe), quae omnibus Landsässis in alias prouincias migrare permittunt a).
2. Resolutio ducalis Saxon. Lauenburg. propter grauamina terrae Hadelensis de a. 1620. b)
3. Priuileg. Pomeraniae citerioris a. 1651. a Suecis impetrata.

## 4. Ad-

- a) Ita ANTONIUS SCHOTTUS, consiliar. Saxonicus, ap. PUFENDORF de rebus Brandenburgicis, lib. 18. § 33.
- x) Vid. MOSER Landesb. in *Ans. d. Pers. u. d. Verm.* p. 216. § 3.
- y) Vid. FABERS Staatsanzey, P. XLIX, p. 463. In Sachen Schum wider den König v. Preuss. als Herzog von Magdeburg: "Daß es wider die Deutsche Freyheit lasse den Unterthanen das auch außer des Westph. Friedensschlusses im Röm. Reich zugelassene ius emigrandi zu entziehen." Item MOSER in den auserl. Reichsbofr. Concl. p. 407. Idem in der Reichsständischen Regimentsverfassung. 1 B. 14. Cap. § 14. Id. in d. Zusätz. z. d. neuen T. Staatv. Th. II. p. 1198. § 7. Idem in d. ungedr. R. Hofv. Erkenntn. in Reichsß. Angel. in f. Reichß. Magaz. p. 587.
- z) Vid. MOSER v. d. Landesb. in *Ans. d. Pers. u. d. Verm.* § 3. p. 216. MEVIUS ad ius Lubec. lib. I. tit. 2. art. 2. num. 69. MYLER de princip. et stat. Imp. P. II. c. 63. § 5. KRESS de iure officiorum et officialium, c. 6. § 7. STRUBEN N. Sr. Abb. XVIII. § V. p. 350. BECK l. c. Th. I. cap. 1. obs. 4. n. 3. Alii, quos laudat DE ICKSTADT l. c. § 30. p. 290, et quos laudat SCHRÖTER in diff. cit. prooem. p. 5.
- a) Ap. KREITMAYR loc. cit.
- b) Ap. LÜNING Collē. nov. der mittelbaren Rittersch. in Teutschl. Gerechtfame &c. enthaltend Th. I. p. 1238.

4. Admodum fauet huic iuri *pactum Tubingense* de a. 1514, postea quidem paulo restrictum, sed nunquam sublatum.

Idem ius iterum confirmatum est in *ordin. prov. Würtemb.* suafore duce Jo. Frid., a. 1567. in lucem edita.

5. *Ordinat. provinc. Hohenzollerana* de an. 1698. c)

6. *Ord. prov. Wurtemberg. tit. V.*

7. De iure hoc in episcopatu *Brixen* testatur LÜDIG d).

8. In terris *Brunsvico-Luneburg.*, quicumque liber est, gaudet iure emigrandi, modo non in detrimentum tertii exerceatur e). Et in specie iuri coloniarum, in territorium electorale aduenarum, prospectum est in *den Privilegien für neu Anbauende* de an. 1778.

9. Quoad terras *Electoral. Saxon.* vid. mand. *wider die Abzieh- und Verleitung derer Wollenarbeiter u. Fabrikanten aus hiesigen Landen.* d. d. 20. Dec. 1723. f). Persuasioni non violentis prohibitionibus interdictis locus datur. Nunquam enim Electori animus fuit "die Freyheiten der churfürstl. sächf. Unterthanen zu beschränken, oder jemanden an der Gebahrung mit seiner Person oder Gütern zu hindern" g).

10. Huc etiam facit *ordinat. prior. statuum communiū Märggraviatus Lusatae superioris* de d. 20. Nov. 1551. h)

11. *Christ. Ernest. Märggravius Culmbacensis* in *declarat. de an. 1687.* quoad religionis ergo ex Gallia transfugas. i)

Sed multo facilius est, curtam seriem constitutionum prouincia-  
lium recensere, quibus ius emigrandi infringitur, quam immensam  
copiam earum, quibus id ipsum corroboratur. His constituitur re-  
gula, illis exceptiones, quibus enumeratis, concludi potest, quam  
late pateat regula. Exceptionum loco mihi innotüere

1. variae constitutiones feueriores in *terris Hassiacis* ab anno inde  
1723. vsque ad a. 1765. k)

2. Item

c) Vid. *Hohenzollerische Landesordn. tit. XLIII. § ult.*

d) In *f. Grundveste Th. I. p. 766.*

e) Vid. *Chur-Braunschweig-Lüneburgische Landesordnungen u. Gesetze Th. V. (Götting. 1740.)* in *reper. f. v. Abzug und Abzugsrecht.* Cf. in *primis Const. de d. 3. Maii 1753.*

f) In *Cod. Aug. Th. I. p. 2511.*

g) *Mand. d. d. 21. Aug. 1764. prooem. In Cod. Aug. l. c.*

h) In *Cod. Aug. Th. III. p. 91.*

i) In *corp. Const. Culmbac. P. II. T. II. § 21. p. 636.*

k) Ap. KLEINSCHMIDT in *f. Samml. Fürstl. Hess. Landesordn. P. I. p. 495. Th. III. p. 906.*

2. Item in *terris Bavaricis* de a. 1727. vsque ad a. 1766. *h*)
3. Item in *terris electoral. Colonien[s]ibus* de annis 1766 et 1768. *m*)
4. Item in *terris electoralibus Moguntinis* *n*).

Sed tantum abest, vt haec quatuor exempla contraria opinioni meae de iure emigrandi ex iure communi domestico priuato noceant, vt potius eidem probandae firmandaeque inseruiant. Cui enim bonae nouae constitutiones prohibitoriae et priuilegia contraria, si iam ex iure communi nullum emigrandi ius concederetur?

Sequitur itaque, vt, quotiescunque de hoc iure inter superioriorum et subditos litigetur, pro his, deficientibus aliis decidendi rationibus, semper praesumi et pronunciari debeat. Deinde etiam *plane nullum* secundum haecce principia, sub specie commodi publici aliusue ad praetexendum aptis titulis, hoc iure priuandum puto, nisi qui peculiari nomine, v. c. per pactum, vel seruitutem ad sempiternam fidem et commorationem territorio suo obstrictus est *o*). Itaque archiuaris consensus ad emigrandum non denegari potest sub praetextu perfidiae metuendae; vt taceam, quod ei fiat iniuria, de quo temere iuramentum violatio praesumatur. Principes, qui secreta sua in lucem protrahi nolunt, optime scriniis suis, mysteriorum conficiis, consulunt, si archiuarios per speciale pactum ad perpetuum domicilium obligare non gravabuntur. Sed procul hinc, quem fordida honoris opumque fames ad iugum perpetuae seruitutis subeundum, atque ita ad patriam ingenuitatem exuendam compellit!

## § XXXII.

- d*) Ap. DE KREITMAYR l. c. p. 2298. sq.
- m*) In der vollst. Sammlung deren die Verfassung des hohen Erzstifts Cöln betreffender Stücken, mit denen benachbarten hohen Landes-Herrschaften geschlossener Concordaten und Verträgen, dann in Regal und Cameral-Sachen, in Justiz-Policey und Militair-Wesen vor- und nach ergangener Verordnungen und Edicten Tom. II. p. 276-281.  
Ratio temporis hinc duris legibus ansam dedisse videtur. Circa annos 1766 et 1768. nimirum perniciosissimus migrandi pruritus Germanorum animos ita inuaserat, vt ex hac peste, atrocissime grassante, S. R. I. depopulatio metuenda esset.
- n*) Elector Mogunt., quod omnino singulare est, sibi priuileg. ab Imp. procurauit, quod subditi eius in alterius domini potestatem discedere nequeant; ac si ipse sanctissimis subditorum iuribus moribusque patriis, vi superioritatis territorialis, proprio ausu reuocari veritus fuisset. Vid. LAMMERZ de *praeclementia sedis Moguntinae*, § 32.
- o*) Tales sunt v. c. in ducat. Würtemb., qui impensis ducalibus scholas monasteriales frequentant, stipendiis academicis fruuntur. Vid. MOSER im *Tr. v. d. Landesb. in Anseh. d. Pers. und d. Verm.* p. 218. § 7.

§ XXXII. *Non autem seruis hominibusque propriis, natisue a stirpe seruilis.*

Hoc iure autem non gaudent, quibuscunque seruilis conditionis nota impressa est. Non solum serui hominesque proprii, sed etiam rusticorum plerique huc pertinent. Id enim voluit antiquissimi Germaniae mores (§ X). MARCULPHO teste *p*), coloni euindicari poterant. Atque conspirant statuta urbium *q*), iuraque hodierna territorialia.

1. In d. *Verordnung und Aufsatz, wie es mit den entwichenen Unterthanen* (rusticae conditionis) gehalten werden soll von den Fürsten u. Ständen in Ober- und Niederschlesien de a. 1652. *r*) rustici quidem liberi pronunciantur, ita tamen, vt eos, nondum per decem annorum continuum spatium absentes, dominus patrimonialis vindicare, aut in fuga adhuc comprehensos armata manu, vbicunque eos reperiat, rapere et ad obsequium reducere possit.

2. *Declaratio Caesarea et respectiue sanctio pragmatica de publicato, Breslau d. 23. Febr. 1713.* "Wenn künftig eine — keinen unterthänigen Grund besitzende Person — würde abziehen (aus den Oestreichsch. Erbl.), so soll — der freye Zug aus einem Lande in das andre — gelassen werden." *s*)

3. Ita etiam fere *ordin. prov. Hohenzoller. de a. 1698. t*)

4. Eadem feueritate in rusticos feruntur *leges Bavaricae u*), *Hassiacae x*), aliae.

Verum enim vero quo certius est, nec omnes rusticos olim seruos fuisse, nec omnes burgenfes libertos *z*), eo incertior euadit huius iuris communis applicatio. Nec enim semper exploratae seruitutis prifcae

*p*) In *form. suar. app.* Ap. CANCELIUM l. c. T. II. p. 252.

*q*) Vid. *Catastra Forchtenberg. de a. 1670. supr. § XVIII.*

*r*) In d. *Samml. Schlesiſcher Provincialgeſ.* Th. I. num. 8. Vid. SCHOTT in *f. jurist. Bibl.* IV. B. S. 534.

*s*) Ap. DE FRIEDENBERG de *generalibus et particularibus quibusdam Silesiae inribus*, T. II. (Bresl. 1741. fol.) p. 172.

*t*) Vid. § antec. num. 5.

*u*) Vid. DE KREITMAYR l. c. p. 2298.

*x*) Vid. KLEINSCHMID l. c. P. I. p. 495. Th. III. p. 906. it. Th. IV. p. 633.

*z*) Cf. DE SELCHOW in *eleg. comment. de statu ingenuorum in Germania* § 7 sqq. et § 20 sqq.

priscæ signa rusticis hodie inhaerent. Ne itaque huius odiosi iuris infontes participes fiant, summa cautio aequitasque adhibenda est a).

Sunt autem terrae, in quibus per speciales conventiones rusticis, redemta seruitute, vbi redimi potest, libertas emigrandi donata est. b).

### § XXXIII.

bb) quoad eiusdem restrictiones.

Ius commune, quale semel concepi, agnoscit quidem libertatem emigrandi, non autem illimitatam; agnoscit ius, sed restrictum. Ea nimirum generosa indoles Germanorum animis ab antiquissimis inde temporibus innata fuit, vt ad tam carum ius, quale est liberi domicilii, conseruandum, varia onera molestiasque lubentes ferrent. Itaque non adeo ab eorum moribus naturaque abhorrent quaedam restrictiones huius iuris, quales v. c. sunt matura consilii migrandi denunciatio, et gabella emigrationis.

### § XXXIV.

aa) ad maturam migrandi propositi denunciationem.

Mirum statutorum, tam antiquiorum, quam recentiorum, cum legibus territorialibus concentum in eo obseruare licet, quod quemlibet emigraturum, propositum suum tempestiue cum superiore, aut alio, cuius interest, nosse ciuium numerum, communicare oporteat. Praecipue vero haec consuetudo inualuit, postquam superioritas territorialis maiori cum ἀρχιερα exerceri coeperat. Iam leges Longobardorum sine consensu regis emigrare vetant (§IX). Idem praecipitur in iuribus statutariis a saec. XII. vsque ad nouissima tempora. Inprimis ex recentioribus statutis, quibus iam superioritas territorialis sese immiscuerat, nulla fere emigrationem ciuium vel leuiter tetigit, quin simul conditionem hanc denuo animis inculcauerit. Quin immo, ex quibusdam requiritur, vt in propria persona venia a magistratu implore-  
retur (§ XXIII. num. III).

E legibus autem territorialibus vix exemplorum magnam fegetem in medium proferre opus est; quia necessitas huius denunciationis ex

G 2

indole

a) Nam, vt recte notat MOSER in tr. v. d. T. Unt. Rechten u. Pflicht. 3. B. §. cap. §6. p. 480. "die freyen Bayern sind auch, in soweit es nicht wider die besondere Landesverfassung ist, befugt, aus einem Ort und Land in ein anderes zu ziehen."

b) Exempla vid. ap. MOSER v. d. Landesb. in Auf. d. P. u. d. Verm. p. 224 sqq.

indole superioritatis territorialis ipsa, eiusque supremæ inspectionis scrupulosa cura pleno alueo fuit, ita vt eandem in legibus prouincialibus exprimere, multis superuacaneum visum fuisse credibile sit, hac cura vulgo iurisdictioni particulari relicta.

1. Refcr. ducale Würtemb. de d. 18. Apr. a. 1739: "*Nachdem vermöge des Tübingschen Vertrags d. a. 1514. diejenige Unterthanen, welche aus dem Land ziehen, vor den Abzug nichts zu geben schuldig seynd — solcher freye Zug auch — 1520 — 1551 — 1599 u. 1608 dahin confirmirt worden, daß selbiger Zug mit Vorwissen des Amtmanns, unter welchem die Emigrirende gefessen, geschehen.*"

2. Grebenordnung de d. 6. Novembr. 1739. art. 41: "*Ohne der Beamten Vorwissen darff sich kein Eingefessener aus den Dörffern hinweg und anders wohin zu wohnen begeben.*" In ordin. Hass. de d. 6. Jun. 1738 idem sancitum est, sine vlllo discrimine personarum atque honorum. Item in edict. de d. 24. Mart. 1725. c)

Nullam facile rempublicam in Germania tam male ciuibus indulgentem inuenias, quin domicilium translaturum necessitatem, superiorem vel magistratum de discessu suo mature certiore facienda, imposuerit d). Et sane saluberrima est haec restrictio, ne nimia circa libertatem emigrandi indulgentia imperitae atque credulae subditorum multitudini damno esset; quippe quae saepius spe inani ducta, et fraudibus nebulonum, emissariorum &c. allecta, temere solum magno cum prosperitatis suae discrimine mutat. Sed ope huius restrictionis id effici potest, vt princeps emigraturis desperati propositi periculum ostendat, causas discessus exquirat, blandisque monitis eos dehortetur e); deinde etiam, vt sciat, quot subditi quotannis emigrent f). Modo non haec laudabilis supremæ inspectionis cura in rigidam seueramque causae cognitionem degeneret, ita vt princeps sibi potestatem, pro lubitu veniam vel repulsam dandi, sibi arroget atque referuet. Nec sub hac conditione mihi dura videtur lex, quam rogauit CARMERUS: "*Kein Unterthan des Staats darf sich ohne Erlaubniß desselben seiner obersten Gerichtsbarkeit durch Auswanderung aus dem Lande entziehen*" g).

### § XXXV.

c) Ap. KLEINSCHMID l. c. Th. IV. p. 633. num. 41. Th. IV. p. 513. Th. III. p. 964.

d) Cf. ELIAS AUG. STRYCK in diff. de domicilii mutatione, cap. II. num. 37.

e) Ita etiam dux Würtemb. in d. Antwort auf die Landesbeschwerden de a. 1764. Ap. MOSER im Tr. v. d. Landesh. in Ansehung d. P. u. Verm. cap. 22. § 28. p. 230.

f) Vid. Hass. Regier. Ausschreiben de d. 27. Maii 1748. ap. KLEINSCHMID l. c. Th. IV. num. 1698. p. 1000.

g) In Entwürfe eines allgemeinen Gesetzbuchs für die Preussischen Staaten, Th. I. Abth. III. Tit. V. Abschn. II. §. 78. p. 71.

## § XXXV.

## ββ) ad gabellam emigrationis.

Alteram restrictionem huius iuris ex principiis, de iure communi analogico traditis, reperisse mihi visus sum in *gabella emigrationis*. Eiusdem usus, a saec. inde XIII. (§. XXIV.) in ciuitatibus inualescens, in dies creuit magisque dimanauit; quod ex comparatione statutorum et priuilegiorum secundum seriem chronologicam liquet. Diu in vrbibus vi specialis tituli exacta fuit. Stabilita vero superioritate territoriali, etiam extra vrbes eandem per vniuersam fere Germaniam inualuisse, nemo mirabitur, qui genium illius saeculi secum considerat, quo nimirum magnis impensis ad splendorem militiae perpetuae augendum conseruandumque, ad bella sumtuosissima gerenda, ad iudicium camerale sustentandum, ad aes alienum expungendum, bona principum priuata non amplius sufficere coeperant; deinde, quo iam principis exemplo steurarum, per R. I. de a. 1543. sibi indultarum, partem domini in facultatibus subditorum sibi vindicare consueuerant; quo denique peruerfae iureconsultorum opiniones, Romanam Falcidiam a censu emigrationis non separantium, huic introducendo atque magis magisque propagando admodum fauere inceperant. Quibus etiam causis postea retorsio accessit h). Quo factum est, vt haec gabella in plurimis territoriis instar regalis adoptaretur i), ita tamen vt alii in possessione iuris, illam vel vi dominicae potestatis a rusticis feruisque, vel vi autonomiae a burgenfibus exigendi, non turbarentur. Generalis autem titulus est superioritas territorialis. Inde enatum est ius commune, quod in casu dubio neminem a censu emigrationis liberum esse vult, nisi qui doceat speciale exemptionem. De multitudine legum prouincialium per totam Germaniam, quibus hoc onus subditis iniungitur, vnde praecipua vis iuri nostro communi adcrefcit, inter omnes constat k). Sed praecipuas exemptiones atque exceptiones, passim in legibus prouincialibus obuias, adnotare expedit.

## G 3

## I. In

h) Exempla vid. ap. HEYD l. c. et HELFFELD in *repert. iur. G. priv. Th. I. f. v. Abzug.* §. 10-18.

i) Vid. Jo. Georg. elector Brandenb. in d. *Befehl v. 10. Jul. 1596.* ap. MYLIUM in *corp. Const. March.* T. VI. Abth. I. n. L. p. 142.

k) Vid. *Ordin. Polit. Magdeb.* cap. 56. §. 1. et ad eandem THOMAS. in *diff. cit.* §. 5. p. 6. vbi multa exempla.

Quin immo eius usus limites Germaniae transgressus est. Eum in Heluetia testatur et illustrat FRANC. LUDOV. CASSAT (praef. SIXTO JAC. KAPFF) in *observ. miscell. ex iure primato Heluetico*, §. 3. p. 6. (Tubing. 1779.).

1. In pactis inter status Imp. initis, exactio illius census passim sublata est, quod vulgo adpellare solent *Freysügigkeit*, *freyen Zug*. Exemplis a iureconsultis, qui de hac re scripserunt, congestis l) haec addere mihi liceat:

- a) *Decretum aulicum caesareum Jos. II. de d. 16. Dec. a. 1783. m)*
- b) De terris *Hassiacis* edict. de d. 1. Jul. 1769. n)
- c) Conuent. inter duces *Saxo-Gothan. et Megapol. - Suerin.* de an. 1786. o)
- d) Pact. inter episcop. *Aichstadiensem*, ciuit. *Norimbergens.* de an. 1602; inter et ducat. *Würtemb.* et ciuit. *Wimpfens.* de an. 1609. (§ XVIII.)

De pactis *Brunsv. Luneburg.* vid. LEYSER p).

2. Nobiles immunes sunt a) in terris *Bremensibus q)*. b) In terris *Magdeburg. r)*, et multis aliis s). Regulariter autem, quod multis placuit, non immunes sunt t).

3. De ministrorum, consiliariorum, officialiumque aliorum immunitate extant multae leges particulares u). Regulariter autem non exemti sunt x).

4. Cle-

- d) Vid. HEYD l. c. §. 31. p. 54. 55. HELDFELD l. c. §. 30. THOMASII in *diff. cit.* §. 20-27. LANG l. c. p. 15. DE SELCHOW *pr. iur. Germ.* p. 121. not. 3. DE KREITTMAYR l. c. p. 2375. MOSER in *f. Nachb. Staatsr.* lib. IV. cap. 9. §. 14. *Idem in Tr. v. d. Landesb.* in *A. d. P. u. d. V.* cap. 22. §. 10.
- m) In *Joseph II. Gesetzen u. Verfass.* etc. num. 222. p. 287.
- n) Ap. KLEINSCHMID l. c. T. IV. p. 217.
- o) Vid. V. BIBRA's *Journal von und für Deutschland*, 1787. I. St. p. 78.
- p) Sp. 430. n. 9.
- q) *Sec. priv. a Svecis nobilitati Bremensi* a. 1651. concess. Ap. MOSER in *Tr. v. d. Landesb.* in *A. d. P. u. d. V.* cap. 22. §. 13.
- r) Vid. *Ord. pol. Magdeb.* de a. 1688. et THOMAS. in *diff. cit.* §. 43.
- s) Vid. BECK l. c. T. I. cap. V. Obf. 2. Item SELCHOW in *pr. iur. Germ.* p. 120. not. 1. Item MOSER l. c. cap. 22. §. 14. 15.
- t) Vid. PESSLER (JO. CHRIST.) in *diff. de bonis nobilium iuri detractis obnoxiiis*, § 6. (Frcf. ad V. 1743.)
- u) Vid. BECK l. c. Th. I. cap. VI. obf. 1. p. 136. Item cap. XVII. p. 187. *Concl. camerale* de a. 1757. ap. CRAMER in *f. Nebenstunden Tb. XI. S. 13.* Item WIESAND l. c. §. 6. et HELDFELD l. c. *Idem elicit ex iure Romano* LEYSER sp. 431. m. 5. In terris *Brunsv. Lüneb.* immunes sunt, qui recententur in *Constit. Frid. Ulvici von dem dritten Pfennig* de a. 1623.
- x) Vid. SCHAUMBURG in *f. Einleit. zum sächs. Recht* T. I. et WERNHER P. III. obf. 70.



4. Clericorum etiam in hoc genere eximius favor deprehenditur y); nec praetermittendi sunt.
5. Adfessores supremorum Imp. tribunalium z).
6. Professores, doctores, et quotquot in academiis ad literas tractandas incumbunt a). Vid. priuil. acad. Frider. art. 24. b)
7. Antiquissima consuetudo est, ab iis, qui immunitatibus professionis metallicae (*Bergfreyheit*) gaudent, gabellam emigrationis non exigendi, iisque absolutissimum emigrandi ius largiendi. Videfis
- a) Statuta ciuit. *Salfeld* de an. 1558. (§. XVII. num. 54.)
- b) Priuil. a Philippo I. Magnanimo, Hassiae Landgravio, d. 3. Jul. an. 1536. exhibitum c).
- c) Edict. Ernesti, ducis Brunsvic. et Luneb. de a. 1554. art. 7. d)
8. Coniux superstes quoad portionem statutariam libera esse solet a censu emigr. e);
9. nec non iuuenes et virgines, quoad bona paterna et materna, quae post mortem parentum in aliam prouinciam sese, matrimonii inihi ineundi causa, conferunt f).
10. Idem valet de dote g). Sed immunitas, vti semper, ita etiam in hac causa contra ius commune non praesumitur, sed semper probanda

- y) Vid. HELLFELD l. c. §. 40. *Ordin. Pol. Magdeb.* cap. 20. §. 7. *Chur Br. Lüneb. Landesordn. u. Gef. Th. I.* p. 110. BECK l. c. p. 197. BÖHMER in *imr. eccl. prot.* lib. III. tit. V. §. 174. Plura exempla vid. ap. DE SELCHOW l. c. p. 121. not. 2.
- z) Vid. *Reichshofr. O. Ferd. III.* de a. 1654. tit. I. §. "so ist auch" circa fin. Item R. I. N. §. 141. et capitul. (1658.) art. 25. §. 6. verb. "und anderer Beschwerden Befreyung." Cf. MOSER in *Tr. v. d. kaiserl. Reg. Rechten*, T. I. §. 18. p. 112. Item monita particularia principum et statuum euangelicorum ad capitul. futur. post Ferd. IV. exhibita electori Moguntino 1658. ad art. 40.
- a) Vid. *Chur. Br. Lüneb. Landesordn. Th. I.* p. 816. MOSER in *Tr. v. d. Landesb. in Ansehung d. P. u. d. V.* cap. 22. §. 13. DE SELCHOW l. c. p. 121. not. 2. BECK l. c. Th. I. cap. VI. obs. 5. et cap. XVII. p. 183. Vbi plures leges prouinciales.
- b) In *tr. de contribution.* c. 15. n. 12.
- c) Ap. KLEINSCHMID l. c. T. I. p. 92. Haec ordinatio renouata est d. 28. Maii 1537. et 17. Decembr. 1562.
- d) Ap. GABR. JARS *metallurg. Reisen*, IV B. S. 534. nach GERHARDS *Ueberf.* (Berlin 1785. 8.).
- e) Vid. *Consuetud. March.* P. III. T. 8. §. 20.
- f) Vid. *Ordin. Pol. Magdeb.* cap. 56. §. 7. eamque illustrans THOMASIVS l. c. §. 32. p. 34.
- g) Vid. EISENHART in *f. auserlesenen Rechtsbündeln Th. II.* n. 5. STRUBEN R. B. Th. V. B. 143. p. 292.

probanda est. In multis prouinciis exigitur omnino census de dote *h*), v. c. in *Silesia* (olim *i*), et in ducatu *Württemberg*. *k*).

II. Bona militum, vel in totum, vel ex parte, immunitate hac in omnibus, vt equidem scio, Germaniae prouinciis fruuntur, v. c. in *Saxonia l*), in terris *Br. Luneb. m*).

Eiusmodi exemptionum a iure communi analogico plura adhuc exempla extant, quae illud potius confirmant, quam infirmant, quibus autem enumerandis, non est, quod tempus teram *n*).

Vberimus fons est illa notio iuris communis in nostro problemate, ex quo, quae deriuari possint, nequam defunt. Vereor autem, ne commenta haec iuuenilia doctorum virorum iudicium non sustinere valeant.

### SECT. III.

#### Ex legibus imperii.

#### § XXXVI.

##### I. Quoad alias cum imperio non connexas prouincias.

De iure emigrandi ex vno in aliud Germaniae territorium leges Imp. non extant, nisi in causa religionis. Pertinet illud ad legislationem territorialem. Sed alia quaestio superest, *de iure emigrandi ultra Germaniae fines*; quod quia politiam totius Imp., quatenus ad auertendam Germaniae depopulationem, multum confert, concernit, vnice

*h*) Vid. ADR. HENR. PLOESING (praef. Jo. AD. THEOPH. KIND) diff. *de dote a detraha haud libera*. (Lipl. 1783.)

*i*) Secundum *rescr. Caes.* de a. 1709. d. 22. Nov. Item *Königl. Kammerfchr.* de a. 1710. d. 30. Jan. Ap. DE FRIEDENBERG I, c. Th. II. p. 170.

*k*) Sec. pactum *Tubingense* d. a. 1514.

*l*) Vid. *Churf. sächs. Mandat* „wegen der Abschloßbefreyung deyer in würllichen Kriegsdiensten stehender Personen“, d. d. Dresden d. 29. Sept. 1781. Vid. TOB. BENIAM. HOFFMANN in *cod. legg. milit. Saxon.* p. 832.

*m*) Vid. *Chur-Br. Lüneb. Landesordn. n. Gesf. Th. III.* p. 47.

Plura legum documenta vid. ap. HELLFELD I. c. § 41.

*n*) Cf. HEYD I. c. § XXIX. p. 51. THOMAS. I. c. § 43. p. 46. DE SELCHOW I. c. p. 121. n. 4. SCHRÖTER I. c. § 26. p. 34.

vnice vel ex legibus Imp., vel ex eiusdem obseruantia repeti potest ac debet. Est nimirum eiusmodi obiectum, vt haud patiatur legem prouincialem idoneo cum effectu ferri o), quia singulorum statuum de emigrandi facultate constitutiones particulares vltra limites territorii efficaces esse desinunt. Itaque circumspicendum est, num forte per Imperium, aut certe auspiciis Imperatoris, per edictum caesareum, ius, vltra imperii terminos domicilium quaerendi, determinatum sit? aut, deficiente hoc decidendi fundamento, quid obseruantia imperii statuatur?

Id autem per se patet, neminem vltra fines imperii domicilium suum transferendi habere facultatem, nisi qui antea a domino territoriali veniam, de territorio recedendi, impetrauerit. Sed pone, illum eandem impetrasse; quid tunc? Num forte ei similis sit, qui ex caueola migrat in caueam, dum nimirum ex arctiori territorii campo in latiores imperii terminos, sed instar carceris nemini patentes, transfultat? Hoc est, quod quaeritur.

Ante a. 1768 migraturis politia totius imperii impedimento non erat, nec vllius cuius S. R. I. libertas, Germaniam emigrando derelinquendi, in dubium vocabatur, modo antea veniam de territorio recedendi, impetrauerit. Quis enim nescit, quot subditi turmatim sine vlla retardatione Germanicum solum spreuerint? p) De Salisburgensibus, partim coacte partim sponte propter religionem nouissime solum vertentibus, inter omnes constat, quibus nimirum, Indiam occidentalem Americaeque continentem gregatim peturis, nullas difficultates motas esse scimus q). Sed huius demum saeculi decursu, inprimis post bellum septenne, tantum patriae taedium et tanta exterarum regionum cupiditas Germanorum animos inuasit, vt propter haud inane desolationis periculum, imperio imminens, de restrictionibus huius libertatis cogitaretur. In conuentu electionis a. 1764. ad art. IV. § 14. capitulat. Caesareae monitum Bohemicum proponebatur "*es mögte nach den Worten*" "DAS REICH DER MANNSCHAFT NICHT ENTLÖSET" *hinzugefügt werden:* "AM ALLERWENIGSTEN ABER DIE AUSFÜHRUNG GANZER FAMILIEN AUCH EINZELER PERSONEN ÜBER MEER GESTATTET" &c. r). Postea plures

o) Cuius generis plura exempla v. ap. perill. PÜTZER in *inst. iur. publ.* p. 355; it. ap. MOSER in *f. Tr. von d. Kaiserl. Regier. Rechten und Pflichten*, cap. 10. § 4.

p) Vid. SCHLÖZERS *Briefw.* Th. I. p. 217. Th. II. p. 152. 247.

q) Belgium foederatum 300 familias Salisburg. recepit. Vid. MOSER in *d. Em. Aff.* 10. St. num. 3 et 4. p. 261 sqq.

r) Vid. MOSER in *d. Zus. zu s. neuen Teutschen Staatsrecht*, Th. II. § 7. P. 1198. Ab hoc monito postea Bohemia ipsa abstinnit.

plures circuli ad effrenatam extra imperium migrandi licentiam per feueras leges reprimendam sese coniungebant, vnde enatum est edictum, a circulo Rhenano electorali a. 1766 publicatum, ita incipiens: "als solle niemanden, wer der auch seyn möge, der Abzug auffser des Reichs Grützen verstattet seyn" &c. s). Sed hae machinationes, quibus ad executionem perducendis impares erant paucorum circularum vires, felici successu destituebantur d). Ita demum factum est, vt edictum *Caesareum* exiret in imperium de d. 7. Jul. 1768., et quidem ad requisitionem circulo- rum quorundam, et inter hos speciatim quoque circuli *Rhenani superioris atque Suevici u)*, quod in nostro argumento classificum est. Inuenitur illud apud HEYD x).

Praeter hoc edictum nulla lex Imp. ius emigrandi in alias ab Imp. discretas prouincias tetigit. Ad quas enim in edicto prouocat Imperator, eas frustra quaesui nisi forte huc referri merentur *R. I.* de a. 1570. § 4. Item de a. 1582. § 31; item *cap. caes. Leopold.* art. 16. et *R. I.* d. a. 1544. § 72. 73. in quibus locis interdictum est, animo, contra patriam apud externos stipendia merendi, sese extra Germaniam conferre. Sed talia huc non quadrant. Nec multo aptius in edicto laudatur *capit. caes.* art. V. § 14. A conquisitionibus militum ad stipendia non Germanica haud commode argumentum duci potest ad emigrationem. Itaque non est, quod mutem adsertionem, ante a. 1768. nullam legem Imp., cui in hoc argumenti genere soli efficacia est, de iure, vltra Germaniae terminos emigrandi, extitisse. Sed hoc edictum illas caras libertatis naturalis reliquias subuerti penitusque extirpari iussit, quod nimirum nec vlli emigrato, ex territorio aliquo vltra Imperii fines cum facultatibus suis sese recipiendi, libertatem reliquit. Perspicua sunt verba: "So wollen wir alles Ausziehen Deutscher Reichsunterthanen in freude mit dem Reich in keiner Verbindung stehende Lande unter allen Gattungen des Fortwanderens — abzustellen nicht länger anstehen." Sed varia sunt, quae me inducant, quo minus huic durae legi ablo-

d) Vid. *Staatsangelegenheiten unter K. Joseph, II.* I. B. 1. Th. S. 97. In terris elector. Treuirense hoc edictum publicatum est per *Constit. de d. 14. Febr. 1767.* ap. GEGEL in *f. Sammlung landesh. Verordn.* Th. I. S. 379.

e) Vid. literae circuli Rhenani superioris ad Imperatorem de mense Septembr. 1767. apud MOSER in *f. Tr. von der Craisverfassung.* cap. 14. § 33. p. 757.

n) Literas requisit. vid. ap. MOSER l. c.

x) In *diff. cit.* cap. 60; vbi id ipsum exaratum exhibetur secundum originale ad directorem circuli Suevici transmissum. Grauiissima eiusdem contenta indicauit MOSER in *f. neuest. Staatsband.* P. II. lib. I. c. 10. § 2. p. 121 sq.

absolute subscribere possim, si de hodierno vsu quaeratur. Nam primum tempus latae legis considerandum est; quo nimirum sexcenti emissarii suosoresque subditos Imperii, vi et arte ad turbam suam pertractos, vel ad Jutiae, vel Americae, aut Russiae Asiaticae solitudines colendas gregatim educebant. Hungaria etiam innumeros, sicut ad hunc vsque diem, in sua Tempe vocabat. Itaque hoc edictum magis id intendisse videtur, vt emigrationes, in perniciem totius imperii turmatim susceptae, coercerentur, emissarii remouerentur, et praecipue ciuitatibus imperialibus auctoritate caesarea terror panicus incuteretur, quam vt in posterum etiam imperium carceris instar, quod egredi nefas esset, haberetur. Sicuti ad pestilentiam reprimendam feueris legibus libertati naturali singulorum haud parcentibus, opus est; ita etiam omnino ad hoc taedium in patrios lares sanandum eo rigidior legislatio requirebatur, quo violentius et perniciosius iam hic morbus in Germaniae viscera saeuierat. Sed nunc, hoc morbo non amplius tam atrociter grassante, feueritas remitti et pristina libertas quasi iure postliminii restitui debet.

Deinde etiam idem edictum, per omnes circulos non publicatum, neuitquam ad plenam efficaciam peruenisse videtur. Soli circuli Rhenani rem tam enixe vrgebant, vt edictum nostrum elector Colonienfis per specialem constitutionem de a. 1768, cui insertum est, publicaret *y*). Denique etiam obseruantia hodierna, eademque quotidiana testatur, quam minutam vim hoc edictum in ius emigrandi habeat, modo hoc in iustis limitibus sese contineat. Illa enim docet, nemini Germaniae ianuam obseratam esse, dummodo ex territorio eidem via facilis et expedita pateat. Nam territoriorum raro multum interest, vtrum quis in aliud territorium, an, spreta plane Germania, in exteras regiones migrare malit.

Sed si in calamitatem totius Imperii emissarii turmatim subditos educunt, tunc edicti huius vis et auctoritas sese exserere potest ac debet; quod vero si non vnanimi omnium territoriorum voluntate fit, vana est sine viribus ira.

H 2

§ XXXVII.

*y*) In nouissima iussu electoris Maximil. Friderici edita collectione singularum legum prouinc. Colonienf. de a. 1772. T. II. p. 280.

## § XXXVII.

## 2. Quoad ius emigrandi propter religionem.

a) *Introductio succineta praemittitur.*

Vnam speciem legum Imp. § anteced. absoluius. Restat altera, plane separatim tractanda, quae vnice in iuribus religionis ergo ex vno in aliud Germaniae territorium migrantium 2) versatur, et in solatium conscientiarum per totum imperium vim absolute praecipuam tuetur. Maximi sane sunt hae leges momenti; quippe quae principia iuris publici vniuersalis ambigua, [variisque doctorum interpretationibus obnoxia de iuribus et obligationibus, statui alicui Germaniae in diuersae fidei consortes, ob religionem emigraturos, competentibus aequa lance ponderarunt, et, ne peruersa eorum ad Imperii formulam fieret applicatio, multa iisdem addiderunt, multa rescuerunt, multa perenni sanctione magis stabiliuerunt. Itaque plurimi, qui hanc causam ex legibus Imp. enucleare tentarunt, non male mihi in ea versati esse videntur a), qui eam per fundamenta generalia, v. c. de iure principis circa sacra, et in specie, de iure reformandi, rite praepararunt iisque ipsam legum interpretationem superstruxerunt. Nos autem haec prima stamina ponere superfedemus, de eo tantum solliciti, quomodo ex verbis atque indole legum genuinum sensum eruamus, non attentis principiis vniuersalibus, nisi vbi legi huic vel illi praecipuam lucem affundunt. Quia vero historia legum optima earum interpretis est, ex re fore putavi, earum genesin, ex actis publicis haustam, instar commentarii perpetui paucis praemittere b).

## § XXXVIII.

b) *Genesis legum, quatenus scopo nostro inseruiunt, propinatur; et quidem*a) *R. I. de an. 1530. § 60.*

Ex quo Germania sacrorum discordiis in contraria studia scindi coepit, statim etiam quaestio illa famosa cum summa animorum contentione ventilata est: *liceatne statui Imp. subditos, a suis sacris dissentientes, inuitos expellere, vel inuitis retentis vim quoad conscientiam inferre, nec ne?* Illud adnixae vrgebant catholici, hoc euangelici.

Tunc

2) Eorundem ius, vltra Germaniam fines migrandi, separatam causam non constituit.

a) V. c. JO. WILH. HOFFMANN in *diff. de iuribus emigrantium propter religionem*, et DE ICKSTATT l. c.

b) Copiosius eam persecutus est DE ICKSTATT l. c. § 56 sqq.

Tunc si mutua tolerantia morbum fanasset, iam non in memoriam tristis posterioris aevi facies rediret, cui aeternam notam religionis male sana cupido inuffit. Sed huic diuinae medelae in summa vtriusque partis exacerbatione locus non dabatur. Catholici principes subditis suis, Aug. conf. addictis, funestam legem scribebant, aut fidem papalem amplectendi, aut ad miserum emigrationis solamen confugiendi, atque ita non nisi cum facultatum suarum dispendio libertatem conscientiae redimendi c). Nihilo fecius tamen principibus euangelicis in subditos catholicos nequitiam idem ius concedere volebant, per R. I. de a. 1530. § 60. sibi in comitiis Augustanis ita prouidentes, vt ii, qui in territorio euangelico pristinis sacris adhaerere mallent, *illimitatam*, aut remanendi, aut abeundi, sibi paciscerentur *libertatem*, siue, bona simul omnia exportandi, facultatem, siue immunitatem a censu emigrationis, siue denique terminum spectes, quem nec lege praefigi, nec magistratu, sed sola migratorum voluntate nullisque conditionibus circumscripto arbitrio iuberent.

Haec autem solummodo in fauorem catholicorum sancita esse, nemini mirum videri potest, qui considerat, quam desperatae euangelicorum res in illis comitiis fuerint.

## § XXXIX.

β) *pacis religiosae de a. 1555. § 24.*

Illi nec proxime insequentibus annis aequalia cum catholicis iura impetrare poterant. Sed multo post tandem festius illucebat dies, quo euangelicis non solum religionis exercitium, sed etiam alia iura cum catholicis communia per pac. relig. concedebantur; cuius auctoritate vtrique parti constat liberum, bona sua alienandi, liberos educendi et secure emigrandi arbitrium, ita tamen, vt homines proprii lytrum, et praeterea cum reliquis hominibus liberis, quem cuiusuis loci consuetudines iubent, censum emigrationis praestare teneantur.

Hac itaque lege abrogatae sunt immunitates, Catholicis per R. I. de a. 1530. § 60. quoad ius emigrandi priuatiue concessae d). Sed hanc exactam aequalitatem aduersariorum acies aegre ferens, in illud propugnaculum euangelicae fidei hostili impetu irruerat, intentis

H 3

c) DE ICKSTATT l. c. § 5. p. 310. ait: "Liberum arbitrium subditos, sacra mutantes aut eiciendi aut retinendi aut mediis aliis in viam reducendi sibi vindicabant."

d) In quo non repugnantur catholici. Cf. *respons. cathol. ad granam. euangel. in comit. Ratisbonens.* de a. 1594. Item DE ICKSTATT l. c. § 61. p. 311.

tis viribus id agens, vt auctoritatem totius instrumenti funditus euerteret. Esse pacem, clamabant, sine consensu papae et ad tempus tantum initam, rursusque per concilium Tridentinum sublatam e); vi metuque esse extortam, loqui eandem tantum de tolerantia, nec obstringere eos status, qui protestatione se eidem opposuerint; esse itaque ex parte euangelicorum stricte, ex parte catholicorum laxè interpretandam f); Eam concernere tantum priscam religionem catholicam; status immediatos esse P. R. participes factos, non eorum subditos g); euangelicis denique per § 24. P. R. nil nisi emigrationem necessariam, neutiquam voluntariam permissam, et in arbitrio statuum positum esse, velintne subditos euangelicos ex potestate sua dimittere, an nolint h)? Nec multo post has verbales pacis illusiones in violentiam factorum abiisse, in actis publicis legimus. Statim enim insequerentur mandata caesarea, emigrationem necessariam passim iniungentia. Eandem etiam an. 1588. *Wolf. Dietrich*, archiep. Salsburgens. subditis suis, A. C. adscriptis, imponebat. Idem factum esse scimus in Dioecesi *Herbipolitana*, et in *Stiria* a. 1598. etc. i). Et ex hoc fundo infelix grauaminum leges k) in causa emigrationis prouenit de an. 1559. 1576. 1589. 1590. 1594. 1613. l) quorum summam euangelici in grauamine de a. 1641, ultimo ante pacem Westphalicam, repetebant.

Hiscè difficultatibus, ex interpretatione legis ipsius profectis, euangelici irretiti, omnique paene spe, secure et secundum tabulas P. R. emigrandi, deiectioni, omnem mouebant lapidem, vt ius emigrandi liberum, per P. R. quidem datum, sed non ex omni parte determinatum, multisque adhuc litigiosis contentionibus obnoxium, in tutiore loco collocaretur. Quod vt rite fieret, opportunam quaerebant occasionem, qua nimirum ipsa pax per nouam sanctionem pragmaticam denuo stabiliretur, eiusdem auctoritas renouaretur, et, quae in eadem manca, incerta, litigiosa essent, subtilius definirentur. Iam an. 1575 in die electionis illud famosum decretum Ferdinandum

e) Vid. LONDORP. act. publ. tom. I. cap. 7.

f) Vid. eund. tom. V. p. 206.

g) Vid. edit. restit. de a. 1629.

h) Vid. DE ICKSTAT I. c. § 76. p. 316. et qui laudantur § 77. p. 317.

i) Scripta in his causis Ingolstadtii an. 1618. iunctim prodierunt.

k) Quorum plurima notauit MOSER in Tr. v. d. Landesb. im Geisl. 4. B. 14. cap. § 4-8. P. 829. Item CORTEIUS ad P. R. art. II. p. 228.

l) Ap. LONDORP I. c.



deum de 20. Septemb. 1550. gratiosius erga euangelicos etiam in causa emigrationis, capitulationi caesareae inferi iubebant *m*). Paulo post an. 1576. omnes status euangelici, excepto electore Saxoniae, imperatorem adire constituebant, num forte ab eo impetrare possent, vt proximo recessui imperii grauiissima P. R. capita infererentur *n*). Sed nil nisi confirmatio pacis generalis extorqueri poterat *o*).

## § XL.

*o*) pacis Westph. art. V. § 30-38.

Turbulentos posterioris aevi motus, belloque tricennali in summa discrimina saepius adductas euangelicorum res, tanquam in nouaculae acie fluctuantes, non est, quod memorem. Sed abominandum bellum aureae pacis dona peperit, quae sereniorem terris faciem redire fecerunt. His immoremur; hic pedem figamus. Tunc enim scriptae sunt leges, aere perenniores, quibus hodierna die gaudent aut certe gaudere debent emigrantes. Magnae molis erat, ergo firma tamque aeterna fundamenta iacere, quibus iura religionis et migrantium inniterentur. Sed nimis prolixa est series protocollorum, proiectorum etc. quae art. V. § 30. vsque ad 38. vbi sedes materiae est, praecesserunt, quam vt ea pro instituti ratione in extenso recensere possim; vt taceam, quod iam MOSER in iisdem colligendis et congerendis post celeberrimum actorum P. W. compilatorem, DE MEIERN, mihi otium fecerit *p*). Summa autem ambagium eo fere redit.

Euangelici in grauaminibus, d. 10. Dec. an. 1645. exhibitis, de expulsionibus violentis grauiter conquerebantur *q*), pacem rel. et declar. Ferd. in rem suam vertentes. Ast, qui suae quoque partis grauamina producebant, catholici *r*) declarationi Ferdinandae vim plenam, paci rel. autem eum, quem vrgebant protestantes, sensum, subditis denique suis diuersae religionis, inuito domino in territorio persistendi, copiam plane denegabant; quaestionem non fuisse, aientes,

quid

*m*) Repugnabant autem omnes electores cathol. Cf. LONDORP I. c. Tom. V. p. 1068. et DE MEIERN A. P. W. Tom. II. p. 553.

*n*) Cf. GUNDLING in *f. Discours über d. Westph. Fr.* cap. II. § 11. p. 45.

*o*) Quae intra P. R. et P. W. in his rebus acta sunt, copiose tractauit auctor libelli, de statu imperii iure reformandi, iudicis Rittmeyerianis oppositi, Sect. part. II. n. 6.

*p*) In Tr. v. d. Landesb. im Geistl. 4. B. 14. cap. § 9. p. 830. sq.

*q*) Ap. DE MEIERN I. c. T. I. p. 819. et T. II. p. 526.

*r*) Ap. DE MEIERN I. c. T. II. p. 553.

quid subditis posset iniungi, sed quid posset indulgeri, non de facultate remanendi, sed abeundi. Insiſtebant euangelici, et iis, qui per declar. Ferd. literas maiestaticas, pacta et conuentiones, aut obseruantiam tantum, suam se publice ante et post P. R. exercuisse religionem, probare possent, exercitium publicum, caeteris domesticum, non esse denegandum, nec vllum ex his ad emigrationem compellendum, sponte emigrantes autem sub nulla specie impediendos s); cum contra catholici per pac. rel. subditis emigrandi, statibus vero reformandi ius concessum esse repeterent, ita vt nemo inuitus remanere, nemo inuitus diffidentes tolerare cogeretur, sed simul libera esset subditis, emigrationem, modo ratione termini et modi hanc iniquam, petendi, statibus autem, eandem suis iniungendi, facultas. Postea euangelici quoad publicum religionis exercitium primum annum 1621. dein 1624. statuendum, reliquos saltem ab emigrationis metu liberos praestandos esse censebant. Catholici, paulo remissiores, pacta quidem et conuentiones, inter status et subditos de religionis exercitio initas, seruandas esse adnuebant, ita tamen, vt qui a. 1624. sola principis conniuentia, non transactione expressa religionis exercitio gauisi fuerint, aequae ac illi, qui nullum allegare possent, emigrationi fubeſſent coactae. Et cum denique euangelici vrgerent, vt annus 1624. siue pacta praeceſſerint, siue solus vsus et obseruantia, tanquam vnica norma constitueretur, et qui eo tempore nullum religionis exercitium habuerint subditi, ii minimum tolerarentur, si intra mensem coram magistratu, vel notario suam profiterentur religionem; accidit, vt et a parte caesareanorum comes DE TRAUTMANSDORF in proiecto vltimo t) declararet, fore, vt subditi diuersae religionis, quatenus publicum, vel priuatum eius exercitium vlla anni 1624. parte habuerint, aut habuisse probare possent, in eo confirmarentur, qui vero tempore publicatae pacis iam ad diuersae religionis castra transferint, tolerarentur, caeteri denique, post pacem alia sacra amplexi, decennali termino praefixo emigrarent. Quae postquam inter partes disputata erant, nonnullis minoris momenti mutatis,

s) Vid. ap. DE MEIERN in act. pac. Westph. T. II. p. 723. sqq. 1) fundamenta Romano Catholicorum, emigrationem subditorum concernentia. 2) Fundamenta nonnullorum A. C. addictorum quoad ius emigrandi. 3) Refutatio fundamentorum Rom. Catholicorum quoad ius emigrandi.

t) Ap. DE MEIERN l. c. T. IV. p. 548.

tis, successit denique ipsa, quae hodierna die legis loco est, tabularum pacis dispositio, art. V. § 30-38. u)

## § XLI.

c) *Ex his legibus puncta iuris deriuantur*

a) *de iure emigrandi propter religionem, quod tribus quaestionibus absoluitur.*

Ex hisce legibus facili opera disci potest, quid de emigratione, tam necessaria, quam voluntaria, catholicorum et euangelicorum, si de exercitio religionis queruntur, hodie statuendum sit. Pleraque in illis meridiana luce clariora sunt. Sed tristis experientia, et ingens multitudo grauaminum et disceptationum, quae praecipue ab a. inde 1652 vsque ad nouissima tempora comitia imperii inundauerunt, satis superque docent, quam adnixe ii, quorum odio in dissentientes hae leges, inprimis autem pax Westphal. frena iniecerant, id egerint, vt sanctissimis pactis ceream naturam affingerent, et euangelicorum palladio, loco tolerantiae coelo delapso, nebulas affunderent x). Quo magis autem iura religionis causa emigrantium a malignis hominibus impugnantur, eo minus opera superfedere possum, illarum legum contenta in partes subtilius dissecandi, et ad certa iuris puncta reuocandi. In hac via neutiquam turpe mihi putauit, vestigia summi MOSERI y) premere, qui primo loco *ius emigrandi* tribus hisce quaestionibus absoluit: 1) *Quem inuitum emigrare non oporteat?* 2) *Cuinam emigrare liceat, etiamsi eum altera pars tolerare velit?* 3) *Quis ad emigrationem vi compelli possit?* Secundo autem loco *de termino et modo emigrationis* disputat.

## § XLII.

aa) *Quem inuitum emigrare non oportet?*

Eorum, qui propter religionem emigrare non tenentur, duplex est species, probe a se inuicem separanda

## I. Alii

- n) Hanc delineationem consultationum Westph. mutatus sum a Jo. WILH. HOFFMANN in *diff. de iuribus emigrantium propter religionem* § 9. p. 11.  
 x) Collectionem in hoc genere instituit MOSER in *tr. v. d. Laudeth. im Geistlichen*, 4.B. 14. cap. § 12-17. p. 843-861.  
 y) l. c. 4.B. 14. cap. § 18 (qq. p. 861.

I. Alii in territorio remanendi facultate gaudent, etiam inuita altera parte; quo referendi sunt

- 1) qui anno decretorio respectiue 1618 et 1624 vel publico
- 2) vel priuato religionis exercitio vsi sunt; et quidem quacunq[ue] anni decretorii parte 2). Ita nimirum per P. W. art. 5. § 31. ius reformandi catholicorum statuum restringitur: "*Statuum catholicorum landstassii, uasalli et subditi cuiuscunq[ue] generis, qui siue publicum siue priuatum augusti. Confess. exercitium a. 1624 quacunq[ue] anni parte siue certo pacto aut priuilegio, siue longo usu, siue sola denique obseruantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum.*" Idem sancitum est uerbis indirectis § 36.

Haec mere disposita sunt in gratiam euangelicorum. Itaque si uno eodemque loco tam catholici, quam euangelici successiue exercitio religionis quacunq[ue] anni decretorii parte potiti erant, euangelici cedere neuitquam tenentur. Quaestio tamen anceps est, in comitiis imperii ventilata, sed non decisa a). Si pacificatoribus etiam in hac causa dies decretorius placuisset; non pugnaremus.

- 3) Qui, quanquam an. 1624 nec publice nec priuate religionis exercitio gauisi fuerunt, in territorio, quod status ab immemoriali tempore inuicem sibi oppignorarunt, a debitoris reluentis religione dissidere deprehenduntur b). Perspicue P. W. art. V. § 27. "*Incolae tamen et subditi migrare, aut suam, quam sub priori possessore huiusmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant religionem deserere non cogantur.*"

- 4) Qui pendente lite neutro religionis exercitio anno decretorio gauisi fuerunt c). P. W. art. V. § 43. "*Subditi uero propter mutatam interim religionem, pendente territorii controuersia migrare non cogantur.*"

II. Alii, qui quidem anno decretorio nec publico nec priuato religionis exercitio vsi sunt, sed a territorii domino tolerantur, ab emigrandi necessitate liberantur per art. V. § 34. "*Placuit porro, ut illi Catholicorum subditi A. C. additi — tolerentur.*" Si nempe princeps eos tolerare mauult, quam expellere. Hoc enim § tantum consilium datur.

2) Consentit DE ICKSTATT l. c. § 102. p. 331.

a) Cf. GUNDLING l. c. ad art. V. § 31. p. 194.

b) Cf. HOFFMANN l. c. § 11. p. 14 sqq.

c) Cf. *emd.* § 12. p. 16.

datur. Cum effectu autem eos tolerare, i. e. eorum iura in sacris d), in art. V. § 34. indulta, nec turbare, nec violare debet. Etsi enim tolerantiam non praecipiat P. W., attamen qualitatem et iura tolerantiae determinat, ut sit patiens et christiana, seu quae decet principem christianum.

Hi itaque longe deterioris conditionis sunt quoad libertatem emigrandi, quam quibus ex anno decretorio religionis exercitium competit. Vtrique quidem facultate remanendi gaudent, sed hi, dum ipsis placet, illi, dum principi placet.

Caeterum pactis, de modo et termino tolerantiae rite initis, stat sua auctoritas.

Multis P. W. interpretibus e) colon 34, ubi sedes huius tolerantiae precariae est, cum § 36 pugnare visum est; quippe qui § 34 de tolerantia necessaria, quam etiam, fateor, primo intuitu praecipere videtur, intelligunt, quocum verba § 36. "*aut a territorii domino iussus fuerit*" non conciliare possunt. Sed ex contextu actisque publicis colon 34. ita explicandum est, ut ii, quos dominus territorii ex mera gratia tolerare, quam expellere malit, tam diu remanere queant, donec iisdem emigratio iniungatur. Caeterum pacificatores huius § 34 perspicuitati magis forte studuissent, nisi utraque pars, officiorum et contentionum pertaesa, in diluculo res suas salvas fore putasset.

### § XLIII.

bb) *Quam emigrare liceat, etiamsi eum dominus tolerare velit.*

Ad secundam quaestionem ita respondeo: Quicumque in cultu suo, vel publico, vel privato, vel domestico, sese ab altera parte gravatum putat, hunc nec spontanea superioris tolerantia intuitum retinere valet. Nec qualiacunque contra emigrationem subditorum in territoriis singulis sancita sunt, huic legi uniuersali impedimento esse possunt. P. W. art. V. § 36. "*Multo minus spontaneam suscipientibus emigrationem seruitutis aut ullo alio praetextu impedimentum inferatur*" f).

I 2

Num

d) Quae recenset perill. BÖHMER in *pr. iur. canoni.* lib. III. sect. I. tit. I. § 264. p. 193. ed. 5. Iusto iniquior est DE ICKSTATT l. c. § 3. p. 336.

e) HENNIGES, OBRECHT, alique P. W. commentatores.

f) Ex cathol. istis multi sese his verbis arguendo opponunt. DE ICKSTAD l. c. § 45. p. 305 "*Qui publicam tolerantiamque religionem mittant, domini territoriorum optima iure in alia sibi subiecta regna, territoria, aut prouincias distribuunt — transplantant.*" Eum refutauit ENGEL (Jo. Rud.) in progr. *an cines religionis causa emigraturi queant transplantari?*

Num vero alia cum religione laxius connexa causa ad hunc effectum sufficiat? dubito; alias enim sub specie religionis, et auctoritate P. W. quascunque de emigratione subditorum latas leges territoriales eludi videres.

Quicumque autem in sacra per S. R. I. non toleranda iuravit, huius beneficii incapax est. Quod vero non ita est accipiendum, ac si eiusmodi hominibus nulla plane emigratio permittenda, sed dirum violentae conuersionis fulmen intentandum sit. Non capit hoc coactionis impatiens intellectus, siue ille receptas in imperio foueat sententias, siue damnatas. Id tantum affirmo, sacris haud toleratis imbutos per P. W. nullum emigrandi ius perfectum acquisiuisse. Quid vero humanitas, et religionis recte concepta notio suadeat, per se patet. Vnde autem criterium, an quis fidem a religionis professione diuersam habeat? Exin nonnunquam color quaeritur, plenum emigrationis beneficium iis eripiendi, qui non omnia euangelicae fidei dogmata callent, vel quorum confessio, in examen vocata, quod in simplicitate rusticorum, et aliorum inferioris sortis hominum accidere solet, in nonnullis ab euangelicorum sollenni symbolo discrepat; quibus laqueis saepius vsus est archiepiscopus Salisburgensis contra euangelicos subditos g). Sufficit, ni fallor, ad beneficium hoc P. W. consequendum, si ab alterutro religionis corpore confortes agnoscuntur, quantumuis etiam a symbolo abhorreant. Recte MOSER: "*Wer von der Kirche, zu welcher er sich zu halten vorgibt, für einen Glaubensgenossen erkannt wird, derselbe kann sich auf den Religions- und Westph. Frieden berufen*" h). Nec est, quod alteri parti, vti multis DD. i) placet, ius examinandi, atque de symbolo migraturorum cognoscendi, concedamus, vti tamen in emigratione Teffereggensium et Salisburgensium factum esse constat.

Multis persuasum est, in eos non cadere hoc beneficium, qui quacunq; anni decretorii parte vel publico vel priuato religionis exercitio gauisi fuerint k). Sed mihi secus videtur, praesertim si in religionis

g) Cuius exempli nouissimi atrocitatem attonita stupuit Europa. Actorum de hac emigratione Salisburgensi collectionem vid. in *d. Reichsana Th. 19. cap. 3. p. 250-360.* et *Th. 21. cap. 3. p. 401-425.* Item in MOSER *Salzb. Emigration-Actis Th. 1-12.* (Ulm 1732. 8.). Item in EHRSD. *altennüssiger Bericht von Verfolgung der Evangelischen in Salzburg.* (Tübing. 1732. 8.). 2 Theile.

h) *Im Tr. v. d. Landesb. im Geistl. p. 862.*

i) Cf. HOFFMANN l. c.

k) Cf. HOFFMANN l. c. § 15, p. 18. Item ICKSTAD l. c. § 102. p. 331.

ligionis exercitio turbantur aut alio quocunque modo propter religionem laceffuntur. Tunc nimirum eorum arbitrio relictum esse puto, vtrum ius suum ex P.W. persequi, an sponte, ad euitandas ambages, lares alio transferre malint? etiamfi leges provinciales de emigratione prohibitoriae exstent. Nam primum regulae vulgari locus est, vnius positionem non esse alterius exclusionem. Deinde P.R. generaliter: *"Von solcher ihrer Religion wegen"* enunciatur est; quibus verbis, quis non videt comprehendi etiam eum casum, si quis, fauori anni decretorii renunciens, ob molestias, in religionis exercitio ab altera parte creatas, malit emigrare, quam ius suum persequi. Ita etiam multa euangelicorum proiecta. Quid? quod ex integra projectorum et protocollorum ferie appareat, quam toti catholici in eo fuerint, vt omnibus euangelicis, tam cum quam sine priuato vel publico religionis exercitio, facultatem, in territoriis catholicorum remanendi, eriperent; ita vt, quicumque ex euangelicis, alterutro religionis exercitio quacunque anni decretorii parte gauisus, emigret, beneficio et fauori, pro se, renuentibus catholicis, introducto, tantum renunciare videatur. Eum itaque vi retinere, idem est, ac beneficia obrudere.

Nec hominibus propriis emigratio, quae propter religionem fit, denegari potest, siue eiusmodi seruitute premantur, quae nummis reddi potest, siue non. Art. V. § 37. *"Multo minus spontaneam suscipientibus emigrationem seruitutis aut vlllo alio practextu impedimentum inferatur."*

Quid autem de subditis in terris Auftriacis statuendum est? Certe secundum P.R. idem emigrandi ius impetrasse videntur. Ita enim § 24. expresse: *"Wo aber Unsere (des Röm. Königs und damaligen Regenten von Böhmen, Mähren, Schlesien, auch ober- und unter- inner- und vorder-Oesterreichischen Lande) — — Unterthanen, der alten Religion oder Augsp. Conf. anhängig, von solcher ihrer Religion wegen, aus Unfern — Landen — an andre Orte ziehen und sich niederlassen wollten"* &c. Quia vero, quaecunque in P.R. per P.W. non abrogata sunt, hodie adhuc plena legis vi pollent, etiam haec adsertio de subditis imperatoris, quam P.W. non correxit, tam certa est, quam quod certissimum; vt taceam, quod transitus a § 37 ad 38 per particulam copulatiuam etiam huic sententiae admodum faueat. Praeterea etiam, tanquam res profus singularis, haec adduntur: *"vt eiusmodi comites, barones et nobiles illorumque in praedictis Silesiae ducatus subditi ob"*

*professionem A. C. loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur.\**  
 Qua exceptione regulae ipsi in caeteris casibus noua vis adcrefcit, ita vt, sicuti Auftriacis subditis emigratio necessaria iniungi, ita voluntaria iisdem non denegari possit. Amice etiam conspirant acta P. W., in quibus legatum caesareum, comitem DE TRAUTMANNSDORF m. Junio 1646 haec declarasse legimus: "*In den Erbländern würden Ihre Kayserl. Maj. das exercitium religionis nicht einräumen, doch würden sie das ius emigrandi auf 7 oder 8 Jahr extendiren.*" Idem a. 1647 d. 6. Febr. hoc spatium emigrandi ad 10 annos prorogauit l), his additis: "*quod ad reliquos subditos inferioris conditionis A. C. additos attineat, eos imperatorem clementer tractaturum, nec ulli praeterea violentiam intentaturum.*" Quonquam caesarenei in fine consultationum Westph. emigrationem ad subditos circulatorum imperii (quo nomine etiam circulus Auftriacus comprehenditur, non autem Bohemia, Moravia et Silesia) restringere studebant; at tamen postea ab his machinationibus abstinebant, nec earum quidquam in tabulis pacis translatum esse reperitur. — Sed cum haece principis ad conciliandum difficillima sunt facinora imperatoris in euangelicos subditos circa a. 1735 m).

Caeterum motus subditorum et tumultus, dum emigratione occupantur, poenis coerceri, non autem sub eorum specie ipsi beneficio emigrationis omnino priuari possunt n); quod satis docent verba § 37 "*nec ullo alio praetextu.*" Saepius contradixere catholici, et nouissime archiep. Salisb.

#### § XLIV.

cc) *Quinam, a domino iussi, necessario emigrare debeant?*

Libera est facultas territorii domino secundum art. V. § 34. dissentientes cum effectu tolerandi o). Sed eo inuito, nemo ab emigrationis

l) Ap. DE MEIERN l. c. T. IV. p. 65.

m) Vid. Reichsiana Th. 21. cap. 3. p. 425 sqq.

Jo. CAROL. LINDT Silesiam terrasque Auftriacas ab hac dispositione pacis eximit in *diff. de iure principis in specie Germaniae circa sacra subditorum diuersae religionis* (Halae 1758.) § 26. p. 19.

n) Contrarium, quod miror, statuit THOMASIVS in *f. Fürstenrecht* p. 204.

Vid. *punktierte Beantwortung des der hochfürstl. Salzbnrg. Gesandtschaft — zugestellten Pronem.* ap. MOSER in *d. Salzbn. Ann. Abt. 3. St. num. 13.* p. 298 et 732.

o) Cf. LINDT l. c. § 26. p. 19.



grationis metu liber est, nisi quos § XLIII. recensui. Caeteri durae iuris reformandi necessitati et inde pendenti coactae emigrationis arbitrio subfunt. Qui vero sint? paulo distinctius iam disquiramus.

1. Qui neque Lutheranis neque reformatis neque catholicis sacris additi sunt.

2. Qui quidem vnam ex hisce tribus religionibus amplectuntur, maioribus autem destituuntur, qui anno decretorio vel publicum vel priuatum religionis exercitium habuerunt *q*).

3. Qui de nouo hodie vel ad sacra lutherana, vel reformati, vel catholica, transeunt *r*), si eadem anno decretorio neque publice, neque priuatim in territorio vel regione, vel loco exercita fuerint.

Sunt, qui ab hac emigrandi necessitate excipiant:

1. nobiles landfaffios; sed contra claram P.W. dispositionem. Nam a) subditi sunt; b) Landfaffii, vassalli et subditi cuiuscunque generis, sicuti secundum § 31. etiam inuito domino territoriali tolerari debent, dummodo vel publico, vel priuato religionis exercitio quacunque anni decretorii parte non caruerint; ita etiam e contrario, si neutro gauisi fuerint, ab emigratione necessaria liberi esse nequeunt, nisi eosdem dominus territorialis patienter tolerare, quam expellere, malit.

2. Cives urbium imperialium; sed quam incongrue, ostendit HOFFMANN *s*).

### § XLV.

*β) De restrictionibus huius iuris*

*aa) quoad terminum.*

Haec emigrandi iura, vtut inuisa, si cum tolerantia vniuersali, attamen satis ampla et pretiosa, si cum seruitute conscientiae ante P. R. et ante P. W. comparantur, illud damnum, Germaniae eo illatum, quod Monasteriensium quorundam pacificatorum propositio ad introducendam vniuersalem mutuamque tolerantiam, reuiceretur *t*), quodammodo

*p*) De dissensu scriptorum in hoc speciali argumento vid. HOFFMANN l.c. § 8. p. 10.

*q*) Cf. DE ICKSTAD l.c. § 82. p. 320.

*r*) Cf. *idem eod.*, et qui § 85. p. 323. ab *eod.* laudantur.

*s*) l.c. § 13. p. 17.

*t*) Cf. GUNDLING l.c. ad art. V. § 34.

dammodo resarcire potuissent, nisi per restrictiones, tam quoad bona, quam quoad personam emigrantium ipsam, variis modis imminuta atque extenuata fuissent. Personis ipsis nimirum necessitas, intra praefixum terminum emigrandi, imponebatur. Et quidem secundum I. P. O. quinque annorum spatium concessum est iis:

- 1) Qui tempore publicatae pacis Westph. in territorio status imperii immediati degentes, ad emigrationem cogi poterant;
- 2) Qui durante bello tricennali ob calamitates bellicas euitandas, non tamen animo, transferendi domicilium, alio commigrarunt, et facta pace, in patriam redire volunt.

Huius termini quinquennalis nullus hodie superest usus.

Spatium autem trienne iis datum est, qui post pacem publicatam religionem mutant, (nisi tempus laxius et spatiosius impetrare possint) siue sponte, siue coacte emigrant, siue bona immobilia in territorio possideant, siue non.

Hoc ergo trienni spatio subditi archiep. Salisburg. evangelici, propter religionem sponte emigraturi, non defraudari debuerant. Nec tamen hanc violentiam archiep. ipsa P. W. auctoritate excusare erubescerat *u*). Validis autem argumentis etiam sponte emigrantium terminum triennem ab archiep. calumniis defendit corp. euangel. *x*).

Nec maiori iure archiep. Salisburg. iis hoc miserum triennii foliatum eripere studuit, qui bonis immobilibus carent, publice declarans: "*Die Unangesessenen, als von welchen Instr. pac. durch die Worte art V. § 36. AVT RETENTIS BONIS AVT ALIENATIS etc. blos der Angeseßenen erwehrende, gar nicht disponire, können vom Landesherrn zu aller Zeit expellirt werden*" *y*). Hanc interpretationem paulo post aliis tribus argumentis confirmare tentavit *z*): 1) Instrument. pac. loqui de *subditis*, non de *incolis*. Subditos autem non intelligi, nisi cum bonis immobilibus; Hanc distinctionem inter subditos

*u*) Videtur comparationem literarum patentium Salisb. de d. 31. Octobr. a. 1731. cum pace Westph., institutam a corp. euangel. in *litteris ad imperatorem datis de d. 26. Jan. a. 1732.* Ap. MOSER in *d. Salz. Em. Act.* 2. S. 167 lqq.

*x*) In *litteris ad imperatorem datis de d. 26. Jan. 1732.* Ap. MOSER *cod.* 2. St. num. 5. p. 162. Cf. *ennd.* in *Tr. v. d. Landesb. im Geisfl.* 4. B. 14. cap. § 21. p. 865.

*y*) Ap. MOSER in *d. Salz. Em. Act.* 2. St. num. V. p. 159.

*z*) In *der punktirten Beantwortung des Sächs. Promem. ap. MOSER cod.* 3. St. p. 304.

subditos et incolas, adprobari I. P. O. art. III. §. 1. a) 2) Ius incolatus pendere a iure superioritatis territorialis.

Quam ieiuna! quam vana! Nam 1) vnius positio non est alterius exclusio. 2) Distinguit quidem pax, vbi de immobilibus migratorum bonis (§ 36.), non autem vbi de iure personali emigrationis ipso (§ 37.) loquitur. Lege autem non distinguente, nec nostrum est, distinguere. 3) Subditorum nomine veniunt, quicumque superioritati territoriali subsunt, siue bona immobilia possideant, siue non; atque laxum huius vocis significatum pacificatoribus in mente fuisse, ex actis P. W. satis superque patet. Quin etiam homines proprii § 37. art. V. subditorum nomine comprehenduntur. Nec quadrant huc verba ex art. III. §. 1. vbi subditorum nonnulla genera cumulantur b). 4) Hoc denique discrimen inter subditos et incolas reiecit quoad I. c. P. W. conclusum supr. trib. imp. aul. c).

Sed longius a scopo abducor, dum me litigiosis contentionibus trahi retrahique patior. Rursus ergo in viam.

### § XLVI.

bb) quoad bona.

Huius denique loci sunt passus legum imperii, in specie de censu emigrationis et reuisione seruitutis, si quis propter religionem solum mutat, agentes d), ad alias causas caute applicandi e). Ex his derivari potest adsertio generalis, quemcumque religionis causa emigratorum certam de facultatibus quotam, seu gabellam emigrationis, et, si homo proprius est, separatim adhuc lytrum soluere teneri, siue sit euangelicae, siue catholicae fidei addictus, siue sponte emigret, siue exire iubeatur a principe. Concisus obseruationibus haec illustrare mihi liceat.

1)

- a) Iuxta hoc amnestiae fundamentum vniuersi et singuli S.R.I. electores, principes, status — et vniuersae vasalli, SVBDITI, CIVES et incolae restituti sunt.
- b) Vid. *Inhäufv. - Vorstellung - Schreiben an Ihro R. K. Maj. von corp. evang. de d. 26. Jan. 1732.* ap. MOSER eod. 2 St. num. V. p. 159; vbi euangelici eadem fere refutatione vti sunt.
- c) De d. 15. Mart. 1732. ap. MOSER l. c. 3 St. num. 16. p. 317.
- d) Ap. perill. PÜTTER in *inst. iur. publ.* p. 402.
- e) Promissae vulgo allegantur, tam in emigratione, quae in religionis causa, quam quae citra eandem fit.

K

1) Causa religionis ipsa huius gabellae titulus haberi nequit; quam itaque, ubi immunitas ab eadem generaliter introducta est, ex speciali titulo ii, qui propter religionem emigrant, praestare non tenentur. R. I. d. a. 1555. § 24. "*Wie es jedes Orts von Alters anhero üblich hergebracht und gehalten worden ist.*" R. I. d. a. 1594. § 82. "*Auch gewöhnlicher hergebrachter Nachsteuer.*" Atqui ubi nulla gabella emigrationis vsu recepta est, ibi etiam religionis causa migraturi liberi ab eadem inuoluuntur. Subintelligitur certe in vtraque lege is tantum casus, si dominus territorialis non solum iure exigendi huius census gaudet, sed etiam id ipsum reuera vi consuetudinis exercet. Anceps tamen, fateor, haec interpretatio fluctuat, lucemque ab alia connexa quaestione, sed a scopo nostro remotiore, accipere debet: in *quantum pateant iura territorialia quoad nouam gabellam emigrationis introducendam.*

2) Quantitas ex cuiusvis territorii ditionisue consuetudine et vsu, non ex arbitrio principis determinari debet.

3) Nec interest, vtrum quis sponte emigret, an exire iubeatur a principe. Leges imperii certe non distinguunt. Praeterea etiam, sicuti causa religionis nullum titulum census huius exigendi, ita etiam nullum eiusdem amouendi gignit. Nihilo fecius tamen coacte emigrantes ab hac gabella exempti sunt a camera imp. in causa *Heylbrunn contra schwäbisch Gemund f)* et in aliis causis, coram supremis imp. tribunalibus ventilatis g). Quam de mea quidem sententia erroneam decisionem sequuntur multi DD. *h)*; ab altera tamen parte non minor stat numerus *i)*.

4) Homines proprii partem de facultatibus pro remissione seruitutis, ex aequo bonoque, et ex cuiusvis loci consuetudine definiendam, domino relinquere debent. Obscurior in hac re P. R. *k)*, non autem P. W. dubio res caret, quantum ad eos pertinet, qui sponte emigrant;

f) Vid. GYLMANN T. I. *Symphor.* P. I. lit. 3. Vol. I. p. m. 206 sq. Item PETR. LEOPOLD de pace relig. disc. 24. ap. ARUMÆUM quaest. 2. p. m. 687. sq. lit. y.

g) Vid. WEHNER Obs. pract. v. *Nachsteuer* p. m. 18.

h) Vid. quos laudat JOACH. A. PRITWITZ (praef. JO. GE. SIMON) in diff. *de iuribus emigrandi* (Jen. 1679.) cap. 2. th. 2. num. 3.

i) V. c. BUCKISCH in *comment. ad I. P. O.* obs. 101. et HOFFMANN I. c. § 29. p. 33. Item THOMASIVS in diff. cit. § 39. p. 43.

k) Cf. MOSER in *Tr. v. d. Landesb. im Geisl.* p. 866.

grant; qui vero coacte, eos a praestatione huius pretii immunes esse vulgo tradunt, nescio quo indulgentiae sensu ducti. Sed dubito, an recte? Certe HENNIGESII ratiocinatio neminem facile mouebat, vt huic sententiae tefferam adiciat *l*).

5) Nec a censu emigrationis liberi sunt homines proprii. Nam religione ius ciuitatis non tollitur.

Caeterum quacunquæ parte iura principum territorialia quoad subditos, religionis causa emigraturos, non restricta sunt, plena ad huc potestate, emigrationem illorum per aequas leges regendi, gaudent. Huc v. c. pertinet, si princeps migrandi propositum mature indicari iubet; tunc etiam causa religionis non priuilegiata est *m*).

*D*) Ita philosophatur in commentario suo ad I. P. O. art. V. § 38. "feruum derelictum fieri occupantis, si nemo occupet liberum. Homines proprios expulsos se ipsos quasi occupare et in plenam statim vindicare libertatem." Quam belle vid. ap. HOFFMANN l. c. § 17. p. 21.

*m*) Vid. Salz. Emigr. Patent de d. 31. Octob. a. 1731, art. 5. Ap. MOSER in *f. aktenm. Ber. der Salz. Emigr.* p. 65.



Göttingen, Diss., 1788-89




f  
56.









JO. ANT. LUD. SEIDENSTICKER  
HANNOVERANI

8  
1788, 8

COMMENTATIO  
DE  
IVRE EMIGRANDI  
EX MORIBVS GERMANORVM IVRE COMMVNI  
AC LL. IMPERII CONSTITVTO

2166

IN CONCERTATIONE  
CIVIVM  
ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE  
IV. JUNII MDCCCLXXXVIII.  
PRAEMIO A REGE M. BRITANNIAE AVG.  
CONSTITVTO  
AB IVRECONSULTORVM ORDINE  
ORNATA.

*Nonum prematur in annum.*

GOTTINGAE  
TYPIS JO. CHRIST. DIETERICH  
ACAD. TYPOGR.

